maximi ſunt et vehementiſſimi, ut in temporibus; celeritate et crebritate moderati; pari modo medio autumno; progrediens autem ver nonnihil de magnitudine et vehementia detrahit, ſed auget celeritatem atque crebritatem; tandemque ineunte jam aeſtate languidi, parvi, celeres crebrique fiunt. Autumni progreſſus cuncta imminuit, magnitudinem, vehementiam, celeritatem, crebritatem; ita ineunte hieme in parvitatem convertuntur et remiſſionem et tarditatem et raritatem. Reſpondet autem initium veris fini autumni, illius finis initio hujus; aeſtatis item principium ſuo, et principium hiemis ſuo fini. Proinde quae pari ſpatio a media aeſtate et media hieme in utranque partem deflexerunt ſimiliter variant. Porro media aeſtas partim convenit cum media hieme, partim diſſidet; nam parvi utrobique et languidi ſunt; ſed celeres atque crebri aeſtate, tardi rarique hieme; non perinde tamen parvi aeſtate, ut hieme, ſed aeſtate minus. Nec ita hieme languidi, ut aeſtate, caeterum minus hieme.

Καὶ τὰ κατὰ τὰς ὥρας εἰς τρεῖς ταύτας αἰτίας ἀνάγεται, τὴν χρείαν, τὴν δύναμιν, τὰ ὄργανα. παρὰ γὰρ τὸ διαφερόντως ἔχειν ἕκαστον τούτων ἐν αὐτοῖς καὶ αἱ τῶν σφυγμῶν ἀλλοιώσεις γίνονται. τοῦ μὲν οὖν ἦρος ἐν τοῖς μέσοις εὐκρατοτάτη κατάστασίς ἐστι τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος, ὅθεν καὶ τὰ σώματα ὑγιεινά. τούτου γὰρ ἀεὶ χρὴ μεμνῆσθαι, μάλιστα ἐφ᾽ ὧν αὐτὸς ζῶν διάκειται, καὶ ταῖς δυνάμεσιν εὐρωστότατα, καὶ ταῖς θερμασίαις εὐκρατότατα, καὶ τοῖς ὀργάνοις ὄντα συμμετρότατα, ὡς ἂν μήθ᾽ ὑγρότητι περιττῇ τεγγόμενα, μήθ᾽ ὑπὸ ξηρότητος αὐχμοῦντα, μήθ᾽ οἷον πεφρικότα τε καὶ πεπηγότα τῷ κρύει, μήθ᾽ οἷον ἐκλελυμένα τε καὶ παρειμένα τῷ θάλπει. ταῦτ᾽ ἄρα καὶ οἱ σφυγμοὶ μέγιστοί τε καὶ σφοδρότατοι γίνονται τοῖς ἄριστα κατεσκευασμένοις δηλονότι σώμασιν. ὅτι γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων αἱ κατὰ τὰς ἡλικίας καὶ ὥρας καὶ χώρας καὶ τὰ ἄλλα τὰ παραπλήσια τροπαὶ τῶν σφυγμῶν ἐγράφησαν τοῖς ἰατροῖς αὐτάρκως, ἐν ἄλλοις τε καὶ τῷ δευτέρῳ περὶ σφυγμῶν διαγνώσεως ἐπιδέδεικται. ἀλλὰ καὶ τοῖς οὕτως ἔχουσιν οἱ σφυγμοὶ μεγάλοι καὶ σφοδροὶ γενήσονται, διὰ τοῦ πρώτου δεδήλωται

Quae accidunt ex temporibus, in tres referuntur hasce cauſas, in uſum, facultatem et inſtrumenta. Nam prout in iis haec ſingula variant, mutantur pulſus. Ac medio vere ſtatus aëris nos amplectentis temperatiſſimus eſt, itaque corpora etiam ſunt ſalubria. Hoc enim ſemper memoria tenendum eſt, hoc tempore prae caeteris, a quibus vivens afficitur, facultatem robuſtiſſimam eſſe et calorem temperatiſſimum et etiam inſtrumenta in ſumma mediocritate eſſe, quod nec humiditate immodica madeant, nec ſiccitate ſqualleant, neque veluti rigeant gelu, ac congelascant, neque calore quaſi remittantur languescantque. Unde et pulſus corporibus quidem optime comparatis maximi et vehementiſſimi fiunt. Nam in illis pulſuum pro aetatibus, temporibus, regionibus et id genus aliis mutationes prodidiſſe litteris medicos declaravi, ut alia loca ne citem, in ſecundo libro De pulſibus dignoscendis; itemque eos, qui ejus ſtatus ſunt, magnos eſſe edituros et vehementes pulſus, in primo libro docuimus.

Ed. Chart. VIII. [209. 210.] Ed. Baf. III. (105.)
λόγου. οὗτοι γὰρ οἰκεῖοι δυνάμεως ἐῤῥωμένης καὶ χρείας συμμέτρου καὶ ὀργάνων κατὰ φύσιν ἐχόντων. ὡς εἴ γε τὰ τῆς χρείας ἦν ἀμετρότερα, οὐ μεγάλοι μόνον καὶ σφοδροὶ, ἀλλὰ καὶ ταχεῖς ἂν ἐγίνοντο. καὶ εἰ ἐπὶ πλέον ἄμετρα, ὡς μὴ πληροῦσθαι πρὸς τῆς ἐνεργείας αὐτὴν, εὐθὺς ἄν τις καὶ εἰς πυκνότητα μεταβολὴ προσεγίγνετο. ἀλλ᾽ ἐπεὶ τὰ τῆς χρείας ἔχει συμμέτρως, οὔτ᾽ εἰς τάχος οὔτ᾽ εἰς πυκνότητα γίνεταί τις τροπή. [210] πρόσκειται δὲ τῷ λόγῳ τὸ, ὡς ἐν ὥραις, δεόντως. οὐ γὰρ ἁπλῶς μέγιστοι καὶ σφοδρότατοι τηνικαῦτα γίνονται, πολλῷ γὰρ αὐτῶν ἐν ταῖς φύσεσιν ἕτεροι σφοδρότεροί τε καὶ μείζους εὑρίσκονται, ἀλλ᾽ ὡς ταῖς ἄλλαις ὥραις παραβαλλόμενοι οἱ σφυγμοὶ τοιοῦτοι γίνονται μεσοῦντος τοῦ ἦρος. θέρους μὲν γὰρ ἐπιτείνεται μὲν τὰ τῆς χρείας, ἐκλύεται δὲ τὰ τῆς δυνάμεως. ὥστε διὰ μὲν ταύτην ἀφαιροῦσί τι τῆς εἰρημένης σφοδρότητος, ὡσαύτως δὲ καὶ τοῦ μεγέθους, ἀλλ᾽ ἔλαττον. ἡ γὰρ τῆς χρείας ἔπειξις προστίθησί τι. διὰ τοῦτο δέ τι καὶ τῷ τάχει καὶ τῇ πυκνότητι πρόσεισιν ἀξιόλογον. χειμῶνος δ᾽ αὖ πάλιν τἀναντία ἢ τοῦ θέρους ἐστὶν, ἰσχυροτέρα μὲν ἡ δύναμις, πλὴν οὐκ εἰς τοσοῦτον εἰς ὅσον

Siquidem hi facultati validae peculiares funt et moderato ufui inftrumentisque naturali lege conftitutis. Nam fi quid mediocritatem ufus excedat, non magni folum et vehementes, fed et celeres fient. Si vero longius excedant, ut ufum jam actio non compleat, illico mutatio addetur in crebritatem. Quia vero ufus eft moderatus, non tendunt, nec ad celeritatem nec ad crebritatem. At enim adjecimus orationi, ut in temporibus, recte fane. Neque enim fimpliciter maximi tum atque vehementiffimi fiunt, quum multo aliis alii pulfus in naturis vehementiores atque majores reperiantur. Sed fi pulfus cum aliis temporibus compares, tales medio vere evadunt. Nam aeftate quidem crescit ufus, fed languescit facultas. Quamobrem aliquatenus decrescit illa vehementia fimul et magnitudo; fed tamen haec minus; nam quia urget ufus, augetur nonnihil; idemque momentum celeritati et crebritati non lene adfert. Contra hieme eft ac aeftate validior facultas, non aeque tamen ac vere; fed

Ed. Chart. VIII. [210.] Ed. Baſ. III. (105.)

ἦρος, ἐκλέλυται δὲ καὶ ἡ χρεία τῆς τῶν σφυγμῶν γενέσεως. ὅθεν ἀμυδροὶ μὲν μᾶλλον ἢ τοῦ ἦρος, σφοδροὶ δὲ μᾶλλον ἢ τοῦ θέρους οἱ ἐν τῷ χειμῶνι σφυγμοὶ, μέσοι πως ὄντες ἀμφοτέρων τῶν ὡρῶν, ὅτι καὶ ἡ δύναμις ἐν τῷ μέσῳ, ἱκανῶς μέντοι μικροὶ διὰ τὸ καὶ τὴν δύναμιν ἀπολείπεσθαί τι τῆς ἄκρας εὐρωστίας καὶ τὴν χρείαν ἀξιολόγως ἐκλελύσθαι. διὰ δὲ τὴν αὐτὴν ταύτην ἔκλυσιν καὶ βραδεῖς καὶ ἀραιοί. μεμνῆσθαι δὲ χρὴ πάλιν κἀνταῦθα τῶν ὑφ᾽ Ἱπποκράτους εἰρημένων, ἃ δι᾽ ἑτέρων ἐξηγησάμεθα. χρεία γὰρ αὐτῶν ἐστιν ἐπί τε τῶν κατὰ τὰς ἡλικίας καὶ τὰς ὥρας καὶ τὰς χώρας καὶ τὰς καταστάσεις καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα μεταβολῶν, ἵνα μή τις ἐναντίον με λέγειν αὐτῷ νομίσῃ. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνος ἁπλῶς εἶπε, τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ θέρμον, ἀλλὰ, τὸ ἔμφυτον, προσέθηκεν, ὡς ἂν ἕτερον εἰδὼς θερμὸν ἐπίκτητον, ᾧ πλεονεκτοῦσιν οἱ ἀκμάζοντες. εὔκρατον μὲν γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν, ἄκρατον δὲ καὶ οἷον πυρῶδες ἤδη τὸ ἐπίκτητον. οὕτω δὲ καὶ αἱ κοιλίαι, φησὶ, χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει. οὐχ ἁπλῶς οὖν οὐδὲ αὗται θερμόταται,

uſus remittitur generationis pulſuum. Quare languidiores pulſus hieme quam vere ſunt et vehementiores quam aeſtate, atque veluti medium locum occupant inter utraque tempora, nempe quod et facultas teneat locum medium. Verum ſatis ſunt parvi, quoniam quum facultas infra ſummum robur eſt, tum uſus inſigniter eſt remiſſus. Quae ipſa in cauſa remiſſio eſt cur ſimul tardi et rari ſint. Hic rurſus memoria tenendum eſt dictum, quod aliquando declaravi, Hippocratis; uſus eſt enim ejus in mutationibus ex aetatibus, temporibus, regionibus, ſtatibus omnibusque ejus generis, ne me quis cum illo exiſtimet pugnare. Neque enim ille abſolute dixit: *Quae augentur, plurimum habent calidi,* ſed, *innati,* addidit, ut qui alterum ſciret calidum acquiſititium eſſe, quod plurimum juvenibus ſuppeditat. Nam temperatus eſt nativus calor; acquiſititius autem intemperatus et quaſi igneus eſt. Sic etiam, *Ventres,* inquit, *hieme et vere calidiſſimi natura ſunt.* Imo ne hi quidem calidiſſimi

Ed. Chart. VIII. [210.] Ed. Baſ. III. (105.)

ἀλλὰ τῷ ἐμφύτῳ θερμῷ. ἐν δὲ τῷ θέρει τούτου μὲν ἥκιστα μετέχουσι, κρατεῖ δ' ἐν αὐταῖς τὸ ἐπίκτητόν τε καὶ αὐχμῶδες θερμὸν, ὃ συντήκει μᾶλλον ἢ τρέφει τὸ σῶμα, καὶ τὰς ἐνεργείας μὴ ὅτι κρείττους, ἀλλ' οὐδ' ὁμοίας ἐργάζεται ταῖς ἐπὶ τοῦ συμμέτρου γινομέναις. ταῦτ' οὖν μεμνημένοις τοῖς ἀναγινώσκουσιν οὔτ' ἐν τοῖς παροῦσι λόγοις οὔτ' ἐν τοῖς ἔπειτα δόξει τις εἶναι πρὸς Ἱπποκράτους διαφωνία. ἑξῆς δὲ περὶ τῶν χωρῶν τε καὶ καταστάσεων γέγραπται τοῖς εἰσαγομένοις. καὶ ἔστιν ὁ λόγος σαφὴς ἐκ τῶν ἤδη προειρημένων καὶ τὴν αἰτίαν ἔχων γνωριμωτάτην. ὥστε αὐτὴν μόνην παραγράψω τὴν ῥῆσιν. ἔστι δὲ ἥδε.

Κεφ. ζ'. *Παρὰ δὲ τὰς χώρας ὡσαύτως ταῖς ὥραις ἐν μὲν ταῖς ἄγαν θερμαῖς οἷον μέσου θέρους, ἐν δὲ ταῖς ἄγαν ψυχραῖς οἷον χειμῶνος, ἐν δὲ ταῖς εὐκράτοις ἦρος, ἀνάλογον δὲ καὶ ταῖς μεταξύ. καὶ τῶν ἄλλων δὲ καταστάσεων τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος αἱ μὲν θερμαὶ ταῖς θερμαῖς ὥραις, αἱ δὲ ψυχραὶ ταῖς ψυχραῖς, αἱ δὲ μέσαι ταῖς μέσαις τοῦ ἦρος ἐοίκασιν.*

abſolute, ſed calore nativo. Aeſtate pauciſſimum hunc habent; abundant vero adventitio calore et ſqualido, qui colliquat potius quam nutriat corpus. Praeterea functiones tantum abeſt ut meliores reddat, ut illae ne aequent quidem illas, quae in moderato obeuntur. Haec ſi retinuerint lectores, nihil me nec in hac oratione nec in reliquis diſſidere ab Hippocrate ullus arbitrabitur. Poſthac de regionibus et ſtatibus praeſcriptum eſt tironibus. Quae oratio ex ſuperioribus clara eſt ac cauſam habet apertiſſimam. Itaque ſolum ipſum adſcribam caput, quod hoc eſt

Cap. VII. *Pro regionibus perinde ut pro temporibus. In vehementer calidis ſicut media aeſtate. In magnopere frigidis ut media hieme. In temperatis ita ut medio vere. Ad harum proportionem in iis, quae medium locum ſunt ſortitae. Porro aëris nos circumdantis alii ſtatus, qui calidi ſunt, calidis temporibus, frigidi frigidis, medii medio veri respondent.*

Κεφ. η΄. [211] Ἐν δὲ τῷ κύειν οἱ σφυγμοὶ μείζονες καὶ πυκνότεροι καὶ ὠκύτεροι γίνονται, τὰ δ᾽ ἄλλα φυλάττουσιν.

Ἐπὶ τῶν κυουσῶν οὐδὲν παρήλλακται τῶν πρόσθεν ἢ τὰ τῆς χρείας. ἥ τις δ᾽ ἂν ἥδε ᾖ, πάντως ἐπιτείνεταί τε καὶ προσαύξεται μηκέτι τῆς γυναικὸς ἑαυτῇ μόνον ἀναπνεῖν τε καὶ σφύζειν, ἀλλὰ καὶ τῷ κυουμένῳ δεομένης. ὥστ᾽ εὐλόγως ὠκύτεροι μὲν καὶ μείζονες ἔσονται καὶ πυκνότεροι, οὐ μὴν σφοδρότεροί γε, ἢ ἀμυδρότεροι, ἢ σκληρότεροι, ἢ μαλακώτεροι, κατ᾽ αὐτόν γε τὸν τοῦ κύειν λόγον. οὐδὲ γὰρ ὅσον ἐπὶ τούτῳ τὰ τῆς δυνάμεως τῶν ὀργάνων ταῖς κυούσαις ὑπαλλάττεται.

Κεφ. θ΄. Εἶεν δ᾽ ἂν, εἴπέρ τι ἄλλο, καὶ ὕπνοι κατὰ φύσιν. τρέπουσι δὲ καὶ οὗτοι τοὺς σφυγμοὺς, ἀρχόμενοι μὲν μικροτέρους καὶ ἀμυδροτέρους καὶ βραδυτέρους καὶ ἀραιοτέρους ἐργαζόμενοι, προϊόντες δὲ βραδύτητα ἐπιτείνουσι καὶ ἀραιότητα καὶ μάλιστα μετὰ τροφήν. μείζους δὲ γίνονται (106) καὶ σφοδρότεροι, χρονίσαντες δὲ πάλιν τρέπονται εἰς ἀμυδρότητα, φυλάττουσι δὲ βραδύτητα καὶ ἀραιότητα.

Cap. VIII. *Pragnantium majores, crebriores celerioresque pulſus ſunt. Praeterea nihil mutatur.*

In praegnantibus praeter uſum mutatum priorum nihil eſt. Quicunque hic ſit, omnino increscit et augetur; quod mulier non ſibi jam ſoli reſpiret et pulſet, ſed foetui etiam cogatur. Rationis ergo eſt ut celeriores et majores ſint crebrioresque. Nihilo tamen vehementiores ſunt, vel languidiores, vel duriores, vel molliores, pro ipſa ſane conceptus ratione. Neque enim, ut ex eo, ulla facultatis, vel inſtrumenti, praegnantium facta mutatio eſt.

Cap. IX. *Jam ſomni etiam ſint, ſi quid aliud, ſecundum naturam, qui et ipſi variant pulſus, dum incipiunt, minores, languidiores, tardiores rarioresque reddunt. Dum procedunt, tarditatem pedetentim augent et raritatem, praeſertim a cibo; at majores ſunt et vehementiores. Tandem cum diuturniores fuerint ad remiſſionem et parvitatem redeunt, tarditatem et raritatem retinent.*

Τίς μὲν ἡ αἰτία δι᾽ ἣν ἐν τοῖς ὕπνοις αἱ πέψεις ἀμείνους οὐ τῶν κατὰ γαστέρα μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ τὰς φλέβας τε καὶ ἀρτηρίας καὶ πᾶσαν τοῦ ζώου τὴν ἕξιν, οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ διελθεῖν. οὐδὲ γὰρ ὡμολόγηται πᾶσι τοῖς ἰατροῖς περὶ τῆς αἰτίας, ἥ τις δ᾽ ἂν ᾖ. τοῦτο δ᾽ οὖν ἤδη καθόλου περὶ αὐτῆς ἀποφαινόμεθα, ὡς ἡ δύναμις ἡ τὰς πέψεις ἐργαζομένη εἴσω μᾶλλον ἑαυτὴν καὶ πρὸς τὸ βάθος ἐπιστρέφει κατὰ τοὺς ὕπνους. διά γ᾽ οὖν τὴν ἔσω κίνησιν καὶ ὅτι περὶ τὴν ὕλην ἐνεργεῖ, τὸ μὲν πρῶτον οἷον ἀῤῥωστοτέρα καὶ βεβαρημένη γίνεται, μικρὸν δὲ ὕστερον ἀπολαύουσα τῆς τροφῆς, ἣν κατεργάζεται, ῥώννυταί τε αὕτη καὶ τὸ θερμὸν αὐξάνει τὸ ἐν τῷ ζώῳ, ὥσπέρ γε καὶ οἱ τὰ ψυχρὰ σιτία προσενεγκάμενοι παραχρῆμα μὲν ψυχροτέρων ἑαυτῶν αἰσθάνονται, καὶ πολλοί γε αὐτῶν καὶ φρίττουσι καὶ ῥιγοῦσι φανερῶς, μικρὸν δὲ ὕστερον θερμότεροι γίνονται. εἰ μὲν δὴ τὸ ἔμφυτον θερμόν ἐστι τὸ πέττον τὰς τροφὰς, καὶ τούτου κρατοῦσαι κινήσεις, ὡς Ἱπποκράτης ὑπελάμβανεν, αἱ μὲν ἔξω τὴν ἐγρήγορσιν, αἱ δὲ ἔσω τὸν ὕπνον ἐργάζονται, ῥᾷστ᾽ ἂν ἡμῖν ἐφυσιολογεῖτο τὰ κατὰ τὰς ἐν

Quae ſit cauſa, cur concoctiones per ſomnum meliores ſint non in ventriculo modo, verum etiam in venis, in arteriis, in omni denique animalis habitu, non eſt hujus loci explicare. Neque enim de cauſa, quaenam illa ſit, convenit inter omnes medicos; equidem hoc in praeſentiarum de illa breviter dico. Facultas concoctrix ſe intro per ſomnum recipit magis et in altum; ergo quia intro movetur et materiam conficit, primo veluti imbecillior redditur ac oneratur, paulo poſt quum fruitur alimento, quod conficit, roboratur ipſa ac calor creſcit animantis, ut qui frigidiores cibos comederunt, illico frigidiores ſe animadvertunt, multique adeo illorum manifeſte et horrent et rigent, haud multo poſt fiunt calidiores. Proinde ſi nativus calor eſt, qui concoquit cibos, ac qui huic praeſunt motus, ut ratio fuit Hippocratis, qui foras tendunt, vigilias: qui intro, ſomnos conciliant; facillime rationem ac naturam commentemur

τοῖς ὕπνοις τῶν σφυγμῶν ἀλλοιώσεις. εἰ δ᾽ ἄλλη τις δύναμίς ἐστιν ἡ ταύτης δημιουργὸς, ἀλλά τῷ γε δεδιδάχθαι συμπάσχειν ἀλλήλοις ἁπάσας τὰς διοικούσας τὸ ζῶον δυνάμεις οὐδὲν θαυμαστὸν οὐδὲ τὴν φυσικὴν ταύτην δύναμιν συνδιατίθεσθαί πως ἐκείνῃ. ἀλλ᾽ εἰ τοῦθ᾽ ἅπαξ συγχωρηθείη, τὸ ῥώννυσθαι καὶ αὖθις χείρω γίνεσθαι τὴν σφυγμοὺς ἐργαζομένην δύναμιν, εὔπορος ὁ τῆς αἰτίας λογισμός. ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἀρχαῖς τῶν ὕπνων βαρυνομένης τε καὶ χείρονος γινομένης αὐτῆς μικροτέρους καὶ ἀμυδροτέρους εὔλογον γίνεσθαι τοὺς σφυγμοὺς, μετ᾽ ὀλίγον μέντοι ῥωσθείσης τἀναντία μείζονάς τε καὶ σφοδροτέρους. τί δήποτ᾽ οὖν καὶ βραδύτεροι καὶ ἀραιότεροι γίνονται; Ἐρασίστρατος μέν φησι διὰ τὴν ἠρεμίαν τῶν κατὰ προαίρεσιν κινήσεων, ἣν καὶ τοῦτο πέττειν καλῶς, οὐκ αὐτοὺς τοὺς ὕπνους αἰτιᾶται. Ἱπποκράτης δὲ καὶ ὅσοι τὸ θερμὸν ἔσω συννεύειν ἐν τοῖς ὕπνοις φασὶ, σχεδὸν δ᾽ εἰσὶν ἁπάντων ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων οἱ δοκιμώτατοι, [212] ταῖς τούτου μειώσεσί τε καὶ αὐξήσεσι καὶ διαφερούσαις κινήσεσιν ἀνοίσουσι τὰς αἰτίας. ἔλαττον μὲν γὰρ ἑαυτοῦ

pulfuum mutationis, quae ex fomno proficifcitur. Quod fi qua eft alia hujus effectrix facultas, certe quia confenfum elfe traditum eft mutuum omnium facultatum, quae animali moderantur; fed mirum eft, fi quid haec facultas naturalis confentiat cum illa. Sed hoc fi femel admiffum fit, roborari et debilitari viciffim facultatem, quae pulfum creat, prompte expedias caufam. Nam quia oneratur illa initio fomni atque debilitatur, minores et languidiores pulfus oportet exiftere, at mox ea roborata, e diverfo majores vehementioresque. At enim quid fimul tardiores et rariores fiunt? Erafiftratus quidem caufam confert in motuum voluntariorum quietem, quae idcirco concoquat probe; non fomnum in caufa ponit. Hippocrates ac caeteri, qui vergere *calorem intro ferunt per fomnum*, qui quidem medicorum ac philofophorum funt plane omnium probatiffimi, in hujus incrementa et decrementa motusque diverfos caufas conferunt. Imminui enim dicunt ac veluti fuffocari,

γίνεσθαι καὶ οἷον καταπνίγεσθαι φήσουσιν ἐμπεσὸν ἀθρόως εἰς τὸ πλῆθος τῆς ἐντὸς ὕλης, ὥσπέρ γε καὶ τὸ πῦρ, ὅταν εἴς τι πλῆθος ξύλων σεσωρευμένων ἐμπέσῃ. ὥσπερ δὲ αὐτὸ τοῦτο τὸ πῦρ, ὅταν ἐγκρατὲς τῆς ὕλης γένηται, ῥώννυταί τε καὶ εἰς μέγεθος αἴρεται, οὕτω καὶ τὸ ἔμφυτον θερμὸν, ὅταν ἀπολαύσῃ τῆς τροφῆς, κατεργασάμενον τοὺς χυμοὺς οἷς ἐνέπεσεν ἑαυτοῦ τε πλέον ἤδη καὶ ῥωμαλεώτερον γίνεται. ἀλλ' οὐδέπω βραδύτητος, οὐδ' ἀραιότητος αἰτίας εἰρήκαμεν. ἄλλως δ' ἔχει τὸ ἀληθὲς, ἐμοὶ γοῦν κριτῇ. ἐπειδὴ τοῖς κοιμωμένοις ἡ μὲν ἔξω κίνησις τοῦ θερμοῦ μεμείωται, κρατεῖ δ' ἡ ἔσω, τὴν μὲν συστολὴν εὔλογον γίνεσθαι θάττονα, τὴν δὲ διαστολὴν βραδυτέραν. ἀτὰρ οὖν καὶ φαίνεται γινόμενον ὧδε, καὶ ὅσοι μὴ παρακολουθοῦσι τῇ συστολῇ τῶν ἀρτηριῶν, ἀλλ' ἐκ μόνης τῆς διαστολῆς τὰς διαγνώσεις ποιοῦνται, βραδὺν ἁπλῶς ἀποφαίνονται τῶν κοιμωμένων τὸν σφυγμόν. ὁ δ' ἐστὶν οὐ βραδὺς ἁπλῶς, ἀλλὰ κατὰ θάτερον μέρος τῶν κινήσεων βραδὺς, ὅλος δὲ οὐδὲ μᾶλλον βραδὺς ἢ ταχύς. οὗ γὰρ ἡ μὲν διαστολὴ βραδεῖα, ταχεῖα δ' ἡ συστολὴ, τούτων οὐδέτερον ἁπλῶς χρὴ λαλεῖν, οὔτε ταχὺν οὔτε βραδὺν,

ubi in acervum ſubito incurrat ingeſtae materiae; quomodo ignem quoque, quum in lignorum ingentem ſtruem incidat. Atque ut idem ignis, ubi ſuperior evaſit materia, roboratur ac in magnitudinem elevatur: ſic innatus calor quum fruatur alimento, confectis jam ſuccis, in quos invaſerat, copioſior quam ante fit et validior. At cauſas adhuc tarditatis et raritatis non expedivimus, imo vero aliter me judice res habet. Quando dormientibus motus caloris, qui foras tendit, imminutus eſt, viget autem qui intro, contractionem oportet celeriorem fieri, diſtentionem vero tardiorem. Ac ſic quidem manifeſto fit. Qui contractionem non aſſequuntur arteriarum, ſed discernunt ex ſola diſtentione pulſus, hi tardum abſolute volunt dormientium pulſum eſſe. Ille autem abſolute non eſt tardus, ſed altera ex parte tardus, totus non tardus potius quam celer. Nam cujus tarda diſtentio et celeris eſt contractio, is neutro horum nominum appellandus eſt, nec celer nec tardus, ſed ſunt diſtiguendae

ἀλλὰ διοριζόμενον τοῖς μορίοις, ὥσπερ Ἱπποκράτης ἐπὶ τῆς ἀναπνοῆς ἐποίει. καὶ μὲν δὴ καὶ μικρὸς κατὰ θάτερόν ἐστι τῶν ἑαυτοῦ μορίων τοῖς κοιμωμένοις ὁ σφυγμός. ἐπιπλεῖστον μὲν γὰρ συστέλλεται, διαστέλλεται δ' οὐκ ἐπὶ πλεῖστον, ἀλλ' ὅσον ἀνάγκη τὴν ἐναντίαν ἀποδοῦναι κίνησιν τῇ συστολῇ. κινεῖται μὲν οὖν κατ' ἴσου διαστήματος ἡ ἀρτηρία διὰ παντὸς ἔν τε τῷ συστέλλεσθαι καὶ τῷ διαστέλλεσθαι, πλὴν εἰ μεταβάλλοι ποτὲ ἐξαίφνης τὸν ῥυθμόν· ἀλλὰ τοῖς ὅροις ὅθεν τε ἄρχεται καὶ οἷς τελευτᾷ διαλλάττει. πλεονεκτούσης μὲν γὰρ τῆς ἔσω κινήσεως, εἰς ἐσχάτην δ' ἐρχομένης σύμπτωσιν, ἐντεῦθέν τε πάλιν ἀρχομένης τῆς ἔξω, τὴν διαστολὴν οὐκέτ' ἐπιπλεῖστον ποιεῖται, κρατούσης δ' αὖ πάλιν τῆς ἐκτὸς κινήσεως, ἀσθενοῦς δ' οὔσης τῆς ἐναντίας, οὐκ ἔτι μὲν ἀπὸ τῆς ἐσχάτης ἄρχεται συμπτώσεως ἐν τῷ διαστέλλεσθαι, τελευτᾷ δ' εἰς ἔσχατον μέγεθος. ἐντεῦθεν δὲ πάλιν ὑπαρξαμένης τῆς ἔσω κινήσεως, τὴν τελευτὴν τῆς συστολῆς, ὅθενπερ ἤρξατο διαστέλλεσθαι, ποιεῖται. καὶ οὕτως οἷον δίαυλόν τινα τῶν κινήσεων ἀεὶ ποιουμένη ποτὲ μὲν ἔσω μᾶλλον,

ejus partes. Quod in refpiratione fecit Hippocrates. Jam vero etiam altera fui parte parvus eft dormientium pulfus, fiquidem plurimum contrahitur, diftenditur autem non plurimum, fed quantum contrarius motus neceffe habet reddere contractioni. Porro arteria in pari femper intervallo movetur in contractione ac diftentione, nifi quando rhythmum fubito immutet; terminis vero unde proficifcitur et quibus finitur variat. Nam quum motus, qui intro pergit, praepolleat atque prorfus confideat, rurfusque inde incipiat, qui foras tendit motus, haudquaquam hic diftentionem plurimum producit. Contra quum praepolleat motus qui foras concitatur, contrario exiftente debili, minime tunc ab extremo orditur collapfu in diftentione, ac fummam tandem magnitudinem affequitur. Quumque inde coeperit denuo qui intro fertur motus, finem contractionis, unde incepit diftendi, facit. Ita quum facit femper veluti motuum quendam orbem, modo intro magis, modo foras fertur,

Ed. Chart. VIII. [212.] Ed. Baſ. III. (106.)

ποτὲ δὲ ἔξω φέρεται. τοῖς οὖν μόνοις αἰσθανομένοις τῆς διαστολῆς ἀναγκαῖον ἐν τοῖς ὕπνοις τὸν σφυγμὸν φαίνεσθαι καὶ μικρὸν καὶ βραδύν. ἀναγκαῖον δὲ τοῖς αὐτοῖς τούτοις, ὡς ἂν καὶ ἀγυμναστοτέροις οὖσι περὶ τὰς διαγνώσεις, ὀλίγον μέν τι φαίνεσθαι τῆς κατὰ τὴν διαστολὴν κινήσεως, λανθάνειν δὲ τὸ πλεῖστον. ἐπὶ γὰρ τῆς οὕτως κινουμένης ἀρτηρίας οὐδ᾽ οἱ σφόδρα γεγυμνασμένοι τοῖς ἔσω πέρασι τῶν κινήσεων ἀκολουθοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῆς συστολῆς καὶ αὐτοὺς ἡ τελευτὴ λανθάνει καὶ τῆς διαστολῆς ἡ ἀρχή. ὥστε τούς γε ἀγυμνάστους ἀμήχανον ὅσον εἰκὸς ἐκφεύγειν τῆς κινήσεως, τὴν μὲν συστολὴν σχεδὸν ἅπασαν, μέρος δ᾽ οὐκ ἐλάχιστον οὐδὲ τῆς διαστολῆς. ὅσον δ᾽ ἂν ἐκφύγῃ τῆς κινήσεως, ἀναίσθητον τοῖς ἁπτομένοις γενόμενον, τῷ χρόνῳ τῆς ἡσυχίας προσγενόμενον, ἀραιὸν ποιεῖ φαίνεσθαι τὸν σφυγμὸν, ἐπεὶ, πρός γε τὴν ἀλήθειαν αὐτὴν, οὐδαμῶς ἀραιότερος ὁ τῶν κοιμωμένων ἐστὶ σφυγμὸς, ὥσπερ οὐδ᾽ ἡ ἀναπνοή. ἀλλὰ σαφῶς μὲν κἀπὶ ταύτης ἡ ἐκπνοὴ πλεονεκτεῖ, μετ᾽ ἐκφυσήσεως γινομένη, τῆς δ᾽ ἡσυχίας ὁ χρόνος οὐδὲν προσαυξάνεται. εἴρηταί μοι σχεδὸν ἤδη τὸ σύμπαν ὕπνων πέρι, σαφηνείας δ᾽ ἕνεκα προσκείσεται τὸ ὑπόλοιπον. ὁ σφυγμὸς ὁ τῶν κοιμωμένων

Quamobrem qui duntaxat diſtentionem ſentiunt, his pulſus neceſſe eſt in ſomnis parvus et tardus videatur. Iisdem neceſſe eſt ut imperitioribus in dignoscendo puſillam partem conſpici motus diſtentionis et fugere maximam. Quippe in eo motu arteriarum internos motuum terminos ne exercitatiſſimi quidem attendunt, ſed contractionis hos finis fugit et principium diſtentionis. Quo magis imperitos immenſam partem motus praeterire par eſt, totam prope contractionem et partem non mediocrem diſtentionis. Quae autem pars motus lateat, quam non ſentiat, qui tangunt, ea quum adjungatur ad tempus quietum, ſpeciem praebet pulſus rari; tametſi re vera dormientium pulſus nihilo rarior ſit; ut nec reſpiratio; ſed aperte etiam in hac expiratio, quae cum efflatione fiat, major eſt; quietis tempori nullum accedit incrementum. Explicavi jam ſummam fere de ſomnis; tamen quo res clarior ſit, addam reliquum. Pulſus dormientium

κατὰ μὲν τὴν ἐκτὸς ἠρεμίαν ὅμοιός ἐστι τοῖς τῶν ἐγρηγορότων, κατὰ δὲ τὴν ἐντὸς ἱκανὸν φαίνεται διαλλάττειν, οὐκέτ' ἀκολουθούσης ἡμῶν τῆς [213] αἰσθήσεως τοῖς ἔσω πέρασι τῶν κινήσεων. ἀλλὰ καὶ μικρότερός ἐστι καὶ ἀμυδρότερος ἢ ὁ τῶν ἐγρηγορότων, καὶ μάλιστα κατ' ἀρχὰς εὐθὺς, ὕστερον γὰρ αὐτῷ προσέρχεταί τι μεγέθους τε καὶ σφοδρότητος. ἀλλὰ καὶ βραδὺς μὲν ἐν ταῖς διαστολαῖς, ταχὺς δὲ ἐν ταῖς συστολαῖς ἐστι, καὶ ὅλως εἴσω μᾶλλον κινεῖται. ὥστε καὶ σφοδρὸν αὐτὸν ἐν ταῖς συστολαῖς εἰπὼν οὐκ ἂν ἁμάρτοις. καὶ γὰρ οὖν καὶ τὸ περίττωμα τῆς τῶν χυμῶν ἐργασίας τὸ οἷον αἰθαλῶδες ἐκκρίνειν ἐφίεται σφοδρότερον ἡ ἀρτηρία κατὰ τοὺς ὕπνους, ὡς ἂν πλέον τότε γινόμενον, ὥστε καὶ διὰ τοῦτο τὰ τῆς ἔσω κινήσεως πλεονεκτεῖ. ὅταν μέντοι καταπαύσηται μὲν ἡ ἐργασία τῶν χυμῶν, μένῃ δ' ὑπνώττων ὁ ἄνθρωπος, ἄμετρος ἂν δήπουθεν ὁ τοιοῦ(107)τος ὕπνος εἴη, μικρότεραι δ' αἱ κινήσεις ἑκάτεραι καὶ βραδεῖαι καὶ ἄῤῥωστοι καὶ ἀραιαὶ γίνονται κατὰ λόγον. ὕπνος γὰρ, ὡς καὶ τῶν ποιητῶν ἔστιν ἀκοῦσαι λεγόντων, ἀδελφός ἐστι θανάτου, καὶ ἓν αὐτῷ κοινὸν ὑπάρχει μόνον πρὸς τοὺς ζῶντας, ἡ περὶ τὴν τροφὴν

In externa quidem quiete fimiles funt vigilantium pulfibus, in interna vero permultum videntur diftare, quia terminos internos motuum non affequitur nofter fenfus: fed tum minor eft tum languidior quam pulfus vigilantium, praefertim a principio ftatim. Nam poftea magnitudo ei quaedam et vehementia adjungitur et jam tardus in diftentionibus eft, in contractionibus velox, et in summa intro magis movetur. Quare fi vehementem in contractionibus eum dicas, nihil erres. Etenim excrementum fuccorum confectorum veluti fuliginofum excernere arteria per fomnos, quod copiofius tum collectum fit, vehementius avet; unde motus, qui intro fertur, vel hoc nomine praepollet. At vero ubi abfolute fucci confecti funt fi in fomno homo permaneat, immoderatus erit utique talis fomnus. Motus autem merito fit uterque minor, tardus, imbecillus, rarus. Somnus enim (quod vel ex poëtis audias) mortis eft frater. Una illi haec convenit cum viventibus, confectio alimenti. Reliqua mortuis funt fimilia,

ἐργασία, τὰ δ᾽ ἄλλα πάντα τοῖς ἀποθνήσκουσιν ὅμοια, μὴ βλέπειν, μὴ ἀκούειν, μὴ φρονεῖν, μὴ νοεῖν, μὴ λαλεῖν, ἀναίσθητον, ἀκίνητον, ἀλόγιστον ἐῤῥίφθαι. ἂν τοῦτο τοίνυν, ὃ κοινὸν ἔτι μόνον ἔχει πρὸς τοὺς ζῶντας, ἀπόλλυται, τί ἄλλο ἢ ὀρθῶς ἐπὶ θάνατον ὁδὸς ἂν λέγοιτο; καὶ γὰρ οὖν καὶ ὅτι πρώτη μέν ἐστι καὶ κατὰ φύσιν ἡ ἔξω τε καὶ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ κίνησις τῷ θερμῷ, δευτέρα δ᾽ ἡ εἴσω τε καὶ εἰς ἑαυτὸ, διὰ τὴν τροφὴν γινομένη, πολλάκις ἤδη φθάνομεν εἰρηκέναι. ὅταν οὖν μήτε περὶ τὴν τροφὴν ἔτι πραγματεύηται μηδὲν μήτε τῆς ἔξω οἰκείας ἀναμιμνήσκηται κινήσεως, ἀλλ᾽ ἀργὸν ἑκατέρωθεν ᾖ, θανάτῳ δηλονότι πελάσει. καὶ λύεται μὲν ὁ τόνος αὐτοῦ καὶ διὰ τοῦτο ἀμυδρὸς ὁ σφυγμὸς γίνεται, καταλύεται δ᾽ ἡ κίνησις καὶ διὰ τοῦτο μικρὸς καὶ βραδὺς καὶ ἀραιός. κἂν ἐπὶ πλέον γε προέλθῃ μικρότητός τε καὶ βραδύτητος καὶ ἀραιότητος, ἐγγὺς ἂν ἥκοι τοῦ μηδόλως κινεῖσθαι. τοῦτο δ᾽ ἦν ὁ θάνατος. οὕτω μὲν ἔχει πάντα τὰ κατὰ τοὺς ὕπνους. εἰ δ᾽ Ἀρχιγένης μὲν πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ πληρεστάτους φησὶ φαίνεσθαι τοὺς σφυγμοὺς, Ἀπολλωνίδης δὲ

non videre, non audire, nihil intelligere, vel cogitare, vel loqui, vel fentire, ratione carere, proftratum effe. Et vero quid aliud, fi illud unum quod commune adhuc cum viventibus habet, fit ablatum, nisi recte via ad mortem dicatur? Jam etiam primum effe et nativum caloris motum, quum foras et extra feipfum movetur, fecundum, quum intro et in feipfum, qui propter nutrimentum comparatus eft, id jam pridem multis locis diximus. Qui ubi non amplius in nutrimento detineatur, neque proprium fuum motum, quo fertur foras, repetat, fed otiofus fit utrinque, habet tum certe imaginem mortis exolviturque ejus contentio, unde oritur languidus pulfus; diffolvitur porro motus, quam ob rem parvus et tardus et etiam rarus fit. Quod fi increscat etiam atque etiam parvitas, tarditas raritasque, propemodum nihil movebitur, at haec mors erat. Habes omnia de fomnis. Quanquam praeterea Archigenes pleniffimos dicat pulfus in fomnis videri, Apollonides maxime vacuos, mihi

κενωτάτους, οὔ μοι δοκεῖ μηκύνειν ἔτι δεῖν ἡμᾶς περί γε τῶν τοιούτων, ἱκανῶς ἀποδεδειχότας ἐν ταῖς ἔμπροσθεν πραγματείαις ὡς μάτην τοῦτο τὸ γένος τῶν σφυγμῶν οἱ μεθ' Ἡρόφιλον ἐπεισήγαγον, ὥσπερ καὶ ἄλλα πολλά. καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν ἐν πράγματι μηδόλως διαγινωσκομένῳ τἀναντία λέγειν Ἀρχιγένην τε καὶ Ἀπολλωνίδην, οὐ γὰρ αἰσθήσεως κοινῆς τὸ πάθος, ἀλλὰ φαντασμάτων ἰδίων ἑκάτερος ἔγραψεν.

Κεφ. ι'. Τῶν δ' ἐξ ὕπνου μεταπεπτωκότων εἰς ἐγρήγορσιν ἐν μὲν τῷ παραχρῆμα μεγάλοι καὶ σφοδροὶ καὶ ταχεῖς καὶ πυκνοὶ καί τινα κλόνον ἔχοντες, μετ' ὀλίγον δ' εἰς συμμετρίαν ἔρχονται.

Οὐχ ὡσαύτως εἰς ὕπνον ἐξ ἐγρηγόρσεως κἀξ ὕπνου πάλιν εἰς ἐγρήγορσιν μεταπίπτομεν, ἀλλὰ τὸ μὲν κατὰ βραχὺ πάντως, τὸ δ' ἀθρόως ὡς τὸ πολὺ γίνεται. καὶ γὰρ ἐνύπνια ταραχώδη καὶ φωνήσας τις καὶ ψοφήσας καὶ ἁψάμενος τοῦ κοιμωμένου ταχεῖάν τε κἀξαίφνης εἰργάσατο τὴν μετάπτωσιν. τοιγάρτοι καὶ οἱ προγεγραμμένοι σφυγμοὶ τοῖς μὲν οὕτω μεταπίπτουσιν ἐναργέστατα φαίνονται,

videtur de his non producere orationem, quum in fuperioribus lucubrationibus falfo hoc probaverimus genus pulfuum inductum ab Herophili fucceſſoribus eſſe, ficut multa alia. Neque quicquam habet admirationis, fi in re, quae plane discerni nequit, inter fe Archigenes et Apollonides diffideant. Neque enim communis fenfus affectum, fed fuas uterque opiniones fcripfit.

Cap. X. *Qui expergiscuntur, e veſtigio pulſus magnos, vehementes, celeres, crebros et cum quadam vibratione habent: qui mox mediocritatem aſſequuntur.*

Non perinde in fomnum incidimus vigiles; ac ex fomno evigilamur, quod hoc fere fubito, illud omnino pedetentim fiat. Etenim turbulenta infomnia, vel fi quis vociferetur, perſtrepat, tangat dormientem, celerem et fubitaneam concitat mutationem. Quocirca pulfus illos, quos commemoravimus, qui in eum modum immutantur, cla-

οὐ μὴν οὐδ᾽ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἐφ᾽ ὅσων αὐτῇ πρὸς τοὐκτὸς κινήσει τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἡ ἐγρήγορσις ἐγένετο, λανθάνουσι τοὺς γεγυμνασμένους. [214] ὁ μὲν γὰρ ὕπνος γίνεται τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἤτοι διὰ κάματόν τινα καὶ ξηρότητα πλέονα πρὸς τὴν τροφὴν ἐπιστραφείσης ἢ δι᾽ ἀμετρίαν ὑγρότητος ἀδυνατούσης ἐκτὸς ἀποτείνεσθαι. ἔστι δ᾽ ὁ μὲν πρότερος ὑγιεινός τε καὶ κατὰ φύσιν, ὁ δὲ δεύτερος ῥηθεὶς οἷος ὁ ἐν κώμασί τε καὶ ληθάργοις, ᾧ πάλιν ἀντίκειται ἡ ἐν φρενίτισί τε καὶ ταῖς παρὰ φύσιν ἀγρυπνίαις ἁπάσαις ἐγρήγορσις, ὑπερξηρανθείσης τε τῆς ἐμφύτου θερμασίας τηνικαῦτα καὶ οἷον ἐκπυρωθείσης καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐκτὸς ἀμέτρως κινουμένης. ἀλλὰ τὰς μὲν παρὰ φύσιν διαθέσεις, ἃς οὐδ᾽ ἐγρήγορσιν, οὐδ᾽ ὕπνον, ἀλλ᾽ ἀγρυπνίαν καὶ κῶμα κάλλιον ὀνομάζειν ἐστὶν, ἐατέον ἔν γε τῷ παρόντι. τῶν δ᾽ ὕπνων τῶν κατὰ φύσιν ὥσπερ οὖν καὶ τῶν ἐγρηγόρσεων ἡ γένεσις οἵα πρόσθεν εἴρηται, δεομένου μὲν ἅμα καὶ ἀπορροῦντος ὑγρότητος δαψιλοῦς τοῦ κατὰ φύσιν ἐν τοῖς ζώοις θερμοῦ καὶ διὰ τοῦτο συνιόντος εἰς τὰ σπλάγχνα καὶ τὴν γαστέρα τῶν ὕπνων γινομένων, αὐτάρκως δ᾽ ἀπολαύσαντος

riſſime percipiunt. Nec tamen in aliis, qui, motu innati caloris foras progrediente, excitati ſunt, fugiunt exercitatos. Nam ſomnus incidit, quum nativus calor aut ex fatigatione et nimia ſiccitate ad alimentum ſe convertat, aut ob immodicam humiditatem foras nequeat progredi. Quorum eſt ſalubris primus et naturalis, alter quem memoravimus veluti ſomnus, qui eſt in comatibus et lethargis. Cui oppoſita eſt phrenitidum et vigiliarum praeter naturam vigilantia; ubi ſupra modum ſiccatus nativus calor eſt et quaſi ignitus, atque idcirco foras quoque movetur immodice. Sed affectus praeter naturam, quos nec vigilantiam nec ſomnum, ſed vigilias et comata potius voces, relinquam in praeſenti. At ſomni naturales ſimulque vigilantiae ita, quomodo ante diximus, gignuntur. Nam quum indigeat, ſimulque deſideret naturalis animalium calor copioſam humiditatem, ideoque in viscera conveniat et ventrem, fit ſomnus; qui ſimul

ταύτης, ὡς ἤδη τὴν κατὰ φύσιν ἔχειν ποιότητα, τῆς ἐγρηγόρσεως ἀποτελουμένης· ἐν ᾧ δὴ καιρῷ τὰς μεταπτώσεις γινομένας ἀναγκαῖόν ἐστιν ἔχειν τι βίαιον. ἐν γὰρ τῇ κατεργασίᾳ τῆς τροφῆς ὑγρότητος ἀτμώδους πολλῆς ὑποτρεφομένης κατά τε τὸ θερμὸν αὐτὸ καὶ τοὺς πόρους καὶ πάντα τὰ μεταξὺ σώματα μέχρι τῆς ἐκτὸς ἐπιφανείας, οὐκέτ᾽ εὐπετὴς ὁμοίως ἡ ἐπὶ τὰ ἐκτὸς κίνησίς ἐστι τῷ θερμῷ. δεῖται τοίνυν, ἵνα ταύτην ἀποσείσηταί τε καὶ διώσηται καὶ τοὺς πόρους ἐκκαθάρῃ καὶ πάντῃ πόριμον ἑαυτῷ τὸ σῶμα παράσχῃ, σφοδρῶν καὶ βιαίων τῶν πρώτων κινήσεων. ὅταν δὲ εὔπνουν ἤδη τοῦτο καὶ καθαρὸν ἔχῃ, τῆς κατὰ φύσιν ἀναμιμνήσκεται συμμετρίας. διὰ ταῦτα τοίνυν ἐν μὲν τῷ παραχρῆμα τοῖς ἐπεγερθεῖσιν ἐκ τῶν ὕπνων οἱ σφυγμοὶ μεγάλοι καὶ σφοδροὶ καὶ ταχεῖς γίνονται καὶ προσέτι βραχύ τι κλόνου προσλαβόντες διὰ τὸ βίαιον τῆς κινήσεως, ὀλίγῳ δ᾽ ὕστερον εἰς τὴν κατὰ φύσιν ἐπανέρχονται συμμετρίαν. ἑξῆς δὲ τούτων περὶ τῶν ἐπικτήτων σχέσεων τοῦ σώματος γέγραπται τοῖς εἰσαγομένοις, σχέσεις μὲν αὐτὰς ὀνομασάντων ἡμῶν, ὥσπερ καὶ Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ τῶν ἄρθρων εἰπὼν, διαφέρει μέντοι

atque ea fatis fruitus eft, ut naturalem jam qualitatem recuperaverit, expergiscuntur; quo quidem tempore illae converfiones nullo modo citra vim aliquam fiant. Nam in alimento concoquendo quia fuccrescit humiditas vaporofa large quum in ipfa cute, tum in poris, corporibusque ad externam fuperficiem usque interpofitis omnibus, non perinde jam calori proclivis eft ad externa motus. Quare ut hanc discutiat removeatque et meatus repurget et etiam corpus undequaque fibi penetrabile reddat, poftulat primos vehementes atque violentos motus. Quod ubi perfpirabile purumque reddidit, mediocritatis naturalis recordatur. Hinc pulfus illico experrectis ex fomno magni et vehementes et celeres eduntur. Praeterea ob motus vim nonnihil vibrantur. Paulo poft ad nativam mediocritatem revertuntur. Deinceps tironibus fcripfimus de corporis adventitiis habitudinibus, quas *σχέσεις* nos Hippocratem fecuti appellamus, qui in libro De articulis dixit, *Caeterum refert*

τι καὶ σχέσις σώματος. σφυγμοὺς δ᾽ ἐφ᾽ ἑκατέρας αὐτῶν γραψάντων ἡμῶν, τοὺς ἐναργῶς φαινομένους, ὧν τὰς αἰτίας οὐ χαλεπὸν ἂν εἴη νῦν προσθεῖναι, τοῖς εἰρημένοις ἑπομένῳ. ἃ γὰρ ἐπὶ τῶν φυσικῶν διαφορῶν τοῦ σώματος, ταῦτα κἀπὶ τῶν ἐπικτήτων ῥηθήσεται. ὥστ᾽ οὐ χρὴ μηκύνειν, ἀλλὰ μόνον αὐτὴν γράψαι τὴν ἐκεῖθεν ῥῆσιν, ὑπομνήσεως ἕνεκεν τῶν πραγμάτων, ἔχουσαν ὧδε.

Κεφ. ια΄. *Αἱ δ᾽ ἐπίκτητοι σχέσεις τοῦ σώματος ὁμοίως ταῖς φυσικαῖς τρέπουσι τοὺς σφυγμούς. ὁ μὲν γὰρ ἰσχνὸς γενόμενος εὔσαρκος ἀνάλογον τῷ τοιούτῳ φύσει τὸν σφυγμὸν ἴσχει· ὁ δ᾽ εὔσαρκος ἰσχνὸς γενόμενος τοῖς ἰσχνοῖς φύσει παραπλήσιον. δῆλον δ᾽ ὅτι χωρὶς τοῦ τὴν δύναμιν ὑπάλλαττεσθαι τὴν κατ᾽ ἰσχνότητα καὶ εὐσαρκίαν διαφορὰν ἐξετάζειν χρὴ, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ ἁπάντων ὡσαύτως, ὥστε καθ᾽ ἓν μόνον ὑπὲρ οὗ τὸν λόγον ἑκάστοτε ποιούμεθα τὴν τροπὴν γεγονέναι. ἅπερ δ᾽ ἐπὶ τῶν εὐσάρκων εἴρηται, ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν παχέων εἰρῆσθαι χρὴ δοκεῖν ἐπιτεταμένα μᾶλλον.*

etiam nonnihil corporis habitudo. Ac pulſus nos utraque illarum maxime conſpicuos prodemus, quorum facile nunc ſit adjungere cauſas ex commemoratis: nam quae de naturalibus differentiis corporis tradita ſunt, eadem dicentur de adventitiis. Quo brevior ero, ſolumque ipſum illinc caput ſubjiciendarum cauſa rerum huc transferam, quod ita habet.

Cap. XI. *Ascititiae habitudines corporis perinde pulſus, ut naturales immutant. Nam gracilis natura ſi quadratus evaſerit, huic, qui talis natura eſt, aſſimilem pulſum habet. Sin quadratus factus gracilis ſit, aſſimilem gracilibus natura. Conſtat autem gracilitatis et quadrati corporis citra facultatis immutationem, aeſtimandam differentiam eſſe; itaque in omnibus aliis, ut unum id tantum ubique de quo in praeſenti disputemus mutetur. Quae diximus de quadratis, eadem etiam de corpulentis a nobis eſſe dicta putandum eſt, niſi quod magis ſunt intenſa.*

Οὕτω μὲν ἐν ἐκείνοις περὶ τῶν σχέσεων τοῦ σώματος διώρισται. πρόσκειται δὲ καὶ περὶ τῶν κράσεων ὡσαύτως. καὶ μόνον ἀρκέσει κἀπὶ τούτων παραγράψαι τὴν ῥῆσιν ὑπομνήσεως ἕνεκα, τόνδε τὸν τρόπον ἔχουσαν.

Κεφ. ιβ΄. [215] Καὶ αἱ κράσεις δὲ τοῦ σώματος αἱ ἐπίκτητοι ταῖς φυσικαῖς κράσεσιν ἀνάλογον τρέπουσι τοὺς σφυγμούς.

Καὶ δηλονότι κἀνταῦθα, καθὰ καὶ περὶ τῶν ὡρῶν εἴπομεν, ὡς αἱ μὲν θερμαὶ ταῖς θερμαῖς, αἱ δὲ ψυχραὶ ταῖς ψυχραῖς ἐοικότας ἐργάζονται σφυγμούς. ἡ γὰρ καθ᾽ ὑγρότητα καὶ ξηρότητα διαφορὰ τῶν κράσεων ἐν ταῖς σχέσεσι τοῦ σώματος περιείχετο. ταῖς μὲν γὰρ ξηραῖς αἱ ἰσχνότητες, ταῖς δ᾽ ὑγραῖς αἱ παχύτητες οἰκεῖαι. δέδεικται δὲ ταῦτα ἐν τοῖς περὶ κράσεων, ὥσπερ γε καὶ ὅτι σκληρότης μὲν τοῦ σώματος ταῖς ξηραῖς κράσεσιν, μαλακότης δὲ ταῖς ὑγραῖς ἕπεται. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὁ σφυγμὸς ταῖς μὲν σκληρὸς, ταῖς δὲ μαλακός.

Κεφ. ιγ΄. Ἑξῆς δ᾽ ἂν εἴη λέγειν τὰς ἄλλας τροπὰς τὰς

In eum illic modum de habitudinibus corporis disseruimus. Appofuimus itidem de temperamentis; caput etiam hic memoriae gratia fatis eft adfcripfiffe. Eft autem hoc.

Cap. XII. *Jam etiam temperamenta corporis ascititia pulfus ea proportione mutant, qua naturalia temperamenta.*

Scilicet ad eundem hic modum ut de anni temporibus diximus; calida calidis, frigida frigidis affimiles pulfus creant. Nam temperamentorum in humiditate et ficcitate differentia continebatur in habitudinibus corporis; fiquidem ficcis gracilitas, corpulentia eft humidis familiaris. Verum haec in libris De temperamentis declaravimus. Praeterea hoc quoque, corporis duritiem temperamenta ficca mollitiem comitari humida. Itaque pulfus his mollis eft, illis durus.

Cap. XIII. *Nunc alias mutationes, quae caufas*

ἐπὶ τοῖς οὐ φύσει γινομένας αἰτίοις. γυμνάσια κατ᾽ ἀρχὰς μὲν καὶ μέχρι τοῦ μετρίου σφοδροὺς καὶ μεγάλους καὶ ταχεῖς καὶ πυκνοὺς τοὺς σφυγμοὺς ἐργάζεται, πολλὰ δὲ καὶ ὑπὲρ τὴν δύναμιν (108) τοῦ πονοῦντος μικροὺς καὶ ἀμυδροὺς καὶ ταχεῖς καὶ πυκνοὺς ἐσχάτως, ὑπερβαλλόντως δ᾽ ἄμετρα καὶ ὥστε μόγις ἔτι κινεῖσθαι δύνασθαι, καὶ διὰ μακρῶν ἀναπαύσεων ἢ μηδόλως, ἀλλ᾽ ἱκανῶς ἐκλελύσθαι, πάνυ μικροὺς καὶ ἀμυδροὺς καὶ βραδεῖς καὶ ἀραιοὺς, εἰ δὲ εἰς διάλυσιν τῆς δυνάμεως καταστρέφοι, τοὺς ἐκείνης ἰδίους. εἰρήσεται δὲ μικρὸν ὕστερον ὁποίους διαλυομένη δύναμις ἐργάσεται σφυγμούς.

Αὕτη μὲν ἡ ῥῆσις ἡ ἐν ἐκείνῳ τῷ βιβλίῳ γεγραμμένη. προσκείσεται δὲ νῦν καὶ ἡ αἰτία. ἐν τοῖς γυμνασίοις ἡ μὲν δύναμις ἅπαντι χρῆται τῷ τόνῳ καὶ διὰ τοῦτο οἱ σφυγμοὶ σφοδροὶ γίνονται· τὰ δὲ τῆς χρείας αὐξάνεται καὶ διὰ τοῦτο καὶ μεγάλοι καὶ ταχεῖς. καὶ ἐπειδὴ διχῶς αὐξάνεται, τῇ τε τοῦ πνεύματος δαπάνῃ καὶ τῇ τῆς θερμασίας αὐξήσει, διὰ τοῦτο καὶ πυκνοὶ γίνονται, μὴ πληρουμένης αὐτάρκως τῆς

habent non naturales recenſeamus. Exercitationes primo quae moderatae ſunt vehementes, magnos, celeres, crebros pulſus efficiunt; ſi multae ſint et vires excedant laborantis, parvos, languidos, celeres et crebros in ſummo. Nimium immodicae, adeo ut aegre jam ſe poſſit movere et multis interpoſitis quietibus, aut nihil prorſus poſſit, ſed exolutae vires impenſe ſint, pulſus mire parvos et languidos tardosque et raros. Quod ſi ad virium diſſolutionem perveniant, pulſus creant illis proprios. Quales autem excitet pulſus facultas quae diſſolvitur, dicemus paulo inferius.

Habes caput, quod illo in libro conſcripſi. Nunc jam addam cauſam. Facultas in exercitationibus univerſam adhibet contentionem, unde pulſus vehementes excitantur; uſus autem increscit, unde magni celeresque. Hic quandoquidem binis acceſſionibus augetur, ſpiritu exhauriendo et caloris incremento, ideo etiam, quoniam non ſatis magni-

Ed. Chart. VIII. [215.] Ed. Baf. III. (108.)
χρείας πρὸς τοῦ μεγέθους τε καὶ τοῦ τάχους αὐτῶν. τὰ δ᾽ ὑπὲρ τὴν δύναμιν τοῦ γυμναζομένου μικροὺς μὲν καὶ ἀμυδροὺς διὰ τὴν ταύτης ἀῤῥωστίαν, πυκνοὺς μὲν ἔτι διὰ τὴν τῆς χρείας ἔπειξιν, οὐ μὴν ταχίστους διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως, ἀλλ᾽ ἀντὶ τούτων πυκνοτάτους, καὶ παρ᾽ ὅσον ἡ ἐνέργεια πάμπολυ τῆς χρείας ἀπολείπεται. ὅταν δ᾽ ἐπὶ τοσοῦτόν τις ἀναγκάζηται πονεῖν ὥστε μὴ μόνον ὑπὲρ τὴν δύναμιν εἶναι τοὺς πόνους, ἀλλὰ καὶ συνεχῶν τῶν μεταξὺ διαναπαύσεων δεῖσθαι, καταψύχεται μὲν ἐν τῷ τοιούτῳ τὸ σύμπαν σῶμα, οἱ σφυγμοὶ δὲ διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως ἀμυδροὶ καὶ μικροὶ, διὰ δὲ τὴν ψύξιν οὔτ᾽ ὠκεῖς οὔτε πυκνοί. πρόδηλος γὰρ ὁ λογισμὸς τῷ μεμνημένῳ τῶν πρώτων.

Κεφ. ιδ᾽. Λουτρὰ θερμὰ μὲν μεγάλους καὶ ταχεῖς καὶ πυκνοὺς καὶ σφοδροὺς, ἔστ᾽ ἂν ᾖ σύμμετρα· τὰ δ᾽ ἄμετρα μικρούς τε καὶ ἀμυδροὺς, ὠκεῖς δ᾽ ἔτι καὶ πυκνούς. εἰ δ᾽ ἐν τούτῳ παύσαιτο, μικροὺς καὶ ἀμυδροὺς καὶ βραδεῖς καὶ ἀραιούς.

tudine illorum et celeritate completur, crebri fiunt. At quae vires excedunt exercitantis fe, efficiunt parvos et languidos propter earum imbecillitatem; tamen illos quidem adhuc, quia urget ufus, crebros, at non celerrimos, propter facultatis infirmitatem, fed pro his creberrimos; idque quatenus actio longe ufu inferior eft. Quod fi adeo quis cogatur laborare, ut non modo fuperiores facultate labores fint, fed continenter neceffe habeat interquiescere, huic refrigeratur univerfum corpus. Pulfus autem ob imbecillam facultatem languidi funt et parvi, ob frigus nec celeres nec crebri. In aperto ratio eft, fi memineris priorum.

Cap. XIV. *Balneae calidae, dum fint moderatae, pulfus creant magnos, celeres, crebros, vehementes. Immodicae parvos et languidos, tamen adhuc celeres ac crebros. Quod fi hic relinquantur, parvos, languidos, tardos atque raros.*

[216] Ἐν τοῖς βαλανείοις, ὅταν γε κατὰ καιρὸν παραλαμβάνηται, πάντως τις ὠφέλεια γίνεται τῷ σώματι. ἤτοι γὰρ κεκμηκότες, ἢ τεθερμασμένοι, ἢ ἐψυγμένοι, ἢ ἐξηρασμένοι, ἢ ἄσης τινὸς ἢ ἀνωμάλου κράσεως αἰσθανόμενοι, ἢ κενώσεως χρήζοντες, εἰς ταῦτα παραγινόμεθα. ἀλλ᾽ ἐν τοῖς εἰρημένοις ἅπασι καιροῖς εἰς εὐκρασίαν μὲν ἐπανέρχεται τὸ σῶμα, βελτίων δ᾽ ἡ δύναμις γίνεται, πρόσκαιρος δέ τις αὐξάνεται θερμασία, καί τι διαφορεῖται πνεύματος ἅμα τοῖς ἱδρῶσι. ὥστ᾽ εὐλόγως τά γε σύμμετρα λουτρὰ τὰ θερμὰ τοιαύτην τροπὴν ἐργάζεται σφυγμῶν, οἵαν ἀπεδείξαμεν γίνεσθαι τῆς τε δυνάμεως ὠφελουμένης καὶ τῆς χρείας αὐξανομένης. τὰ δ᾽ ἄμετρα πρόδηλον ὡς τὴν μὲν δύναμιν ἐκλύει, τὴν χρείαν δ᾽ ἀμέτρως ἐπαύξει, καὶ διὰ τοῦτο πυκνοτάτους ἐργάζεται, ταχεῖς δ᾽ ὁμοίως τοῖς πρόσθεν, ὅταν γε μὴ εἰς ἔσχατον ἥκῃ καταπτώσεως ἡ δύναμις. οὕτω γὰρ ἂν οἱ μυρμηκίζοντες καλούμενοι γένοιντο. εἰ δ᾽ ἀμέτροις βαλανείοις χρησάμενοι παύσαιντο καὶ μηκέτι λούοιντο, δῆλον ὅτι καὶ ἡ ἕξις κατέψυκται καὶ ἡ δύναμις καταλέλυται.

Ex balneis, fi in tempore utaris, omnino corpus commoditatem aliquam percipit. Nam quum defeffi fumus, incaluimus, fumus refrigerati, exiccati, anxietatem aut temperiem inaequalem fentimus, denique fi vacuatione opus fit nobis, illas non fubimus. In illis autem omnibus temporibus corpori reftituitur mediocritas temperamenti, vires reparantur, opportunus augetur quidam calor, ac pars digeritur fpiritus una cum fudoribus. Quare calidae balneae par eft, fi fint moderatae, ut ad eum modum mutent pulfum, ficut declaravimus immutari, quum facultati commodatur et augetur ufus. Immoderatas planum eft facultatem diffolvere, ufumque praeter modum intendere; unde fit ut creberrimos creent; celeres autem perinde ut priores; nifi fane facultas ad extremum ufum devenerit; nam tum quidem formicantes, quos appellant, prodibunt. Quod fi ab immodicis balneis deftiterint nec laventur amplius, manifeftum eft quod et corporis habitus refrigeratus eft et facultas

ὥστε καὶ ἡ τροπὴ τῶν σφυγμῶν τοιαύτη γένοιτ᾽ ἂν οἵαν ἐδείξαμεν ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ δυνάμεως ἀῤῥωστίᾳ καὶ χρείας ἀκολουθεῖν ἐκλύσει. τοῦτο γὰρ ἐν τῷ παρόντι μόνον ἀρκέσει, τὸ δεικνύναι, πῶς ἐξ ἑκάστου τῶν προηγουμένων τε καὶ προκαταρχόντων αἰτίων εἰς τὰ πρῶτα καὶ κυριώτατα καὶ συνεκτικὰ κληθέντα διικνεῖται ἡ τροπή. τὸ δ᾽ ὅπως ἐπ᾽ ἐκείνοις ἀνάγκη τοὺς σφυγμοὺς ἀλλοιωθῆναι διὰ τοῦ πρώτου δεδήλωται λόγου.

Κεφ. ιέ. Ψυχρὰ δὲ λουτρὰ παραχρῆμα μὲν μικροὺς καὶ ἀμυδροτέρους καὶ βραδεῖς καὶ ἀραιοὺς, εἰς ὕστερον δὲ οἷον ἄν τι καὶ τύχῃ ἐργασάμενα. πάντως γὰρ ἢ ναρκώσει, ἢ ῥώσει. ναρκώσαντα μὲν οὖν καὶ καταψύξαντα μικροὺς καὶ ἀμυδροὺς καὶ βραδεῖς καὶ ἀραιοὺς, ἐκθερμήναντα δὲ καὶ ῥώσαντα μεγάλους μὲν καὶ σφοδροὺς, τάχει δὲ καὶ πυκνότητι συμμέτρους.

Τὰ ψυχρὰ λουτρὰ παραυτίκα μὲν ἐμψύχει πάντως, εἰς ὕστερον δὲ ἤτοι ῥώννυσιν ἢ καταλύει τὴν δύναμιν μετὰ καταψύξεως. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ναρκᾷν. ὥστε καὶ αἱ τροπαὶ

diſſoluta. Quamobrem mutatio pulſuum ea exiſtet, quam in libro primo docuimus excipere facultatis imbecillitatem et uſus remiſſionem. Hoc enim in praeſenti ſatis eſt ſi demonſtrem, quemadmodum ex ſingulis antecedentibus et extremis cauſas ad primas et praecipuas et continentes vocatas mutatio penetret; ut autem ex illis pulſus neceſſario alterentur, in primo aperuimus libro.

Cap. XV. *Frigidae balneae illico parvos ac languidiores et tardos rarosque pulſus efficiunt. Poſtea, prout id ſit, quod induxerunt, omnino vel torporem inducunt, vel robur. Quae torporem intulerunt et refrigerarunt, parvos et languidiores et tardos rarosque efficiunt. Quae calefecerunt et robur conciliarunt, magnos, vehementes, celeritate et crebritate moderatos.*

Balneae frigidae e veſtigio refrigerant omnino, poſtea vel roborant, vel obruunt facultatem unaque perfrigerant; nam id eſt torporem inducere. Itaque et pulſus pro ra-

τῶν σφυγμῶν ἀνάλογον ταῖς εἰρημέναις αἰτίαις. ὅπερ δ᾽ οὐχ οἷόν τ᾽ ἦν προσδιορίσαι τοῖς εἰσαγομένοις, νῦν εἰρήσεται. ἡ ἔσω κίνησις τῶν ἀρτηριῶν ἐπὶ ταῖς ψυχρολουσίαις πλεονεκτεῖ τῆς ἔξω, ὡς ἂν καὶ τοῦ θερμοῦ ταύτῃ μᾶλλον ἐν τῷ παραυτίκα κινουμένου. καὶ εἰ δυνατὸν ἦν ἔσωθεν ἅψασθαι τῶν ἀρτηριῶν, πάντα τὰ τέως ἐν ταῖς διαστολαῖς φαινόμενα νῦν ἀνεφάνη κατὰ τὰς συστολὰς, τὸ μέγεθος, τὸ τάχος, ἡ σφοδρότης. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἀμήχανον, ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς διαστολαῖς φαινομένων τοὺς σφυγμοὺς ὅλους οὕτως ὀνομάζομεν· μικροὺς μὲν, ὅτι πολὺ μείων ἡ ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς διαστολὴ τῆς ἔμπροσθεν· οὕτω δὲ καὶ βραδεῖς, ὅτι καὶ ἡ κίνησις ἐκλέλυται σαφῶς. ἀλλὰ καὶ ἀραιοὺς, ὅτι καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, ἐφ᾽ ὧν ἡ ἔσω πλεονεκτεῖ κίνησις, ἐφαίνοντο τοιοῦτοι τοῖς τῆς συστολῆς οὐκ αἰσθανομένοις. καὶ ἡ αἰτία πρόσθεν εἴρηται. ἀμυδροὺς δὲ οὐχ ἁπλῶς εἴπομεν, ἀλλ᾽ ἀμυδροτέρους ἐγράψαμεν, ἐνδεικνύμενοι διὰ τῆς λέξεως τὴν βραχύτητα τῆς εἰς τοῦτο μεταβολῆς.

Κεφ. ιστ΄. [217] Σιτία πολλὰ μὲν, ὥστε βαρῦναι τὴν

tione causarum immutantur. Quod vero non poterat tum tironibus explicari, id nunc declarabo. In frigida lotione arteriarum motus plus intro quam foras fertur, quod et calor illuc illico magis feratur. Quod si intus arterias possemus contingere, omnia quae alias in distentionibus animadvertimus, haec in contractionibus hic apparerent, magnitudo, celeritas, vehementia; sed hoc quia non potest ulla ratione, ab iis, quae in distentionibus percipimus, totos pulsus sic appellamus: parvos, quia multo minor distentio id temporis est quam ante; tardos item, quod aperte exsolutus est motus; jam raros quoque, quod alii etiam omnes, in quibus plus motus intro fertur, tales esse visi sint contractionem non sentientibus. Causa ante explicata est. Languidos non diximus absolute, sed scripsimus languidiores, qua voce parvam mutationem significavimus in remissionem esse.

Cap. XVI. *Cibus largus, ut etiam gravet faculta-*

δύναμιν, ἀνωμάλους τε καὶ ἀτάκτους τοὺς σφυγμοὺς ἐργάζεται. Ἀρχιγένης δέ φησιν, ὠκυτέρους πλέον ἢ πυκνοτέρους. τὰ δὲ σύμμετρα μεγάλους καὶ ταχεῖς καὶ πυκνοὺς καὶ σφοδρούς. τὰ δ᾽ ἐλάττω ἢ ὡς τρέφειν αὐτάρκως οὐχ ὁμοίως τοῖς συμμέτροις, ἀλλ᾽ ἐλάττονά τε τὴν τροπὴν ἐργάζεται καὶ μέχρι χρόνου βραχέος.

Καθ᾽ ἕκαστον κεφάλαιον τῶν ἐν τῷδε τῷ γράμματι προβαλλομένων ἐνὸν ἡμῖν πρῶτον μὲν τὰ τοῖς ἄλλοις ὑπὲρ αὐτῶν δόξαντα λέγειν, ἔπειθ᾽ ὡς οὐκ ὀρθῶς ὑπέλαβον ἀντιλέγειν, οὐ ποιοῦμεν οὕτως, ἀλλ᾽ εὐθὺς ἐπ᾽ αὐτὸ τὸ δόκιμόν τε καὶ ἀληθὲς ἐρχόμεθα, τὸ μέγεθος τῆς πραγματείας ὡς ἔνι μάλιστα ἐπιτέμνειν σπεύδοντες. ὅπου γὰρ καὶ νῦν αὕτη καθ᾽ ἑαυτήν ἐστι μακρὰ, τί χρὴ νομίζειν, εἰ καὶ τὰς τῶν ἔμπροσθεν δόξας προσέλαβεν μετὰ τῆς δεούσης ἀντιλογίας; ἆρ᾽ οὐκ εἰς ἀπέραντόν τι μῆκος ἐκταθήσεται; ὅτῳ μέντοι καὶ σχολῆς τῆς πρὸς τὰ μαθήματα καιρὸς καὶ προθυμία τὰς δόξας τῶν ἰατρῶν ἁπάσας ἀναλέγεσθαι, τούτῳ σαφῶς οἶδα τήνδε τὴν πραγματείαν ἐπιβάθραν τινὰ ἐσομένην εἰς τὸ καὶ καθ᾽ ἑαυτὸν ἐξευρεῖν ὅπῃ μὲν ἀληθεύουσιν, ὅπῃ δὲ καὶ σφάλ-

tem, pulfus inaequales atque inordinatos concitat; Archigenes vult celeriores quam crebriores. Modicus magnos, celeres, crebros, vehementes. Parcior quam qui fatis nutriat non aeque ac moderatus, caeterum minus mutat, neque id diu.

Quum poffimus in fingulis capitibus hoc in libro praefcriptis, primum quae alii de iis cenfuerunt commemorare, deinde effe falfos confutare, non hoc facimus; fed ftatim ad id quod probatum et verum eft accedimus, id agentes, ut operis, quoad ejus fieri poffit, prolixitatem contrahamus. Quod quum nunc et fua fponte longum fit, quid fiet, fi veterum praeterea opiniones una cum confutatione congrua complectatur, nonne in immenfum ducetur? At qui tempore ad disciplinas abundat ardetque cupiditate medicorum omnes opiniones cognoscendi, huic lucubratio haec, certo fcio, viam muniet, ut per fe inveniat ubi bene fentiant et

λονται. καὶ μέντοι καὶ ἡμῖν αὐτοῖς ἑτέρωθι γέγραπται πολλὰ τοῖς οὕτω προειρημένοις συντελέσοντα. περί γέ τοι τοῦ νῦν προκειμένου σκέμματος, ἐν οἷς ὑπὲρ τῆς Ἐρασιστράτου περὶ τοὺς σφυγμοὺς τέχνης ἐσκοπούμεθα, σαφῶς οἶμαι δεδεῖχθαι τὸ μοχθηρὸν τῆς δόξης. ἀλλὰ καὶ ὅσα διαφερόμεθα πρὸς τοὺς ἄριστα δοκοῦντας ἐγνωκέναι τὰ κατὰ τοὺς σφυγμοὺς, καὶ ταῦτά μοι δοκεῖ συνετὸς ἀνὴρ ἐκ τῶν ἐνθάδε γεγραμμένων ὁρμώμενος οὐ χαλεπῶς διαιτήσειν. εὑρήσει γὰρ αὐτῶν τὰ πλεῖστα τὰ μὲν ἐν τῇ λέξει μόνῃ, τὰ δ᾽ ἐν τῷ τῶν διορισμῶν ἀκριβεῖ συνιστάμενα, καθάπερ καὶ ταυτὶ τὰ νῦν προκείμενα· γράφοντος γὰρ Ἀρχιγένους οὕτω περὶ τῆς βαρυνούσης τὴν δύναμιν τροφῆς· ἡ δὲ τῷ θλίβειν ἀμυδροτέρους καὶ μι(109)κροτέρους, ταχυτέρους τε πλέον ἢ πυκνοτέρους. ἡμεῖς οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πῶς ἐγράψαμεν; σιτία πολλὰ μὲν, ὥστε βαρῦναι τὴν δύναμιν, ἀνωμάλους τε καὶ ἀτάκτους τοὺς σφυγμοὺς ἐργάζεται. καὶ ὅτῳ μέλει τῶν ἔργων τῆς τέχνης, οὐκ ἐπὶ τῶν σιτίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν διαθέσεων ἐν αἷς ἡ δύναμις βαρύνεται τοὺς σφυγμοὺς ἀνωμά-

ubi errent. Et quidem alio ipſi loco multa ſcripſimus, quae his qui in ea voluntate ſint conducent. De propoſita quaeſtione in libris ubi inquirimus in Eraſiſtrati artem de pulſibus, opinionis errorem, ut puto, clare prodidimus. Ad haec ubi discrepamus ab illis qui peritiſſimi habentur in arte de pulſibus, de his item vir qui ſapientia ſit praeditus facile mihi videtur horum praeſidio quae nunc tradidimus exiſtimaturus. Inveniet enim ea fere partim in ſola dictione, partim in exactis et diſtinctis explicationibus conſiſtere, ut etiam haec de quibus nunc agimus. Nam quum ſcribat Archigenes in hunc modum de cibo facultatem onerante: *Hic quia premit, languidiores minoresque pulſus concitat et celeriores quam crebriores:* nos non ſic, ſed quomodo ſcripſimus? Cibus largus, ut etiam gravet facultatem, pulſus inaequales atque inordinatos concitat. Qui autem opera artis diligenter obſervat, non in cibo tantum, ſed et in aliis affectibus omnibus in quibus oneratur facultas

λους εὑρήσει. καὶ τοῦτό γ᾽ ἐστὶν αὐτὸ τὸ διορίζον τὴν ἄῤῥωστον δύναμιν τῆς βαρυνομένης. εὐθὺς δ᾽ αὐτῷ συνεμφαίνεται καὶ τὸ ποσὸν τῆς βλάβης. εἰ μὲν γὰρ ἐν πολλοῖς τοῖς μεγάλοις τε καὶ σφοδροῖς ὀλίγοι τινὲς εὑρίσκοιντο μικροὶ καὶ ἀμυδροὶ, βραχεῖα ἡ βλάβη τῆς δυνάμεως· εἰ δ᾽ ἔμπαλιν ὀλίγοι μὲν οἱ μεγάλοι καὶ σφοδροὶ, πολλοὶ δ᾽ οἱ μικροὶ καὶ ἀμυδροὶ γίνοιντο, μεγάλως ἐπὶ τῶν τοιούτων διαθέσεων ἡ δύναμις κάμνει βαρυνομένη. μικροὶ δὲ καὶ ἀμυδροὶ σφυγμοὶ διαπαντὸς γίνονται μηδενὸς αὐτοῖς τῶν ἐναντίων παρεμπίπτοντος, οὐκ ἐν ταῖς βαρυνομέναις, ἀλλ᾽ ἐν ταῖς διαλυομέναις δυνάμεσιν. ἔστ᾽ ἂν δὲ κατὰ μὲν τὴν ἰδίαν οὐσίαν εὐρωστῶσι, βαρύνωνται δ᾽ ὑπό του καὶ θλίβωνται, πάντως παρεμπίπτουσιν οἱ σφοδροὶ καὶ ἀμυδροὶ σφυγμοὶ, κἂν ἐν ἐσχάτῳ βλάβης ὑπάρχωσιν. ὀλιγώρως οὖν ὁ Ἀρχιγένης ἀμυδροτέρους τε καὶ μικροτέρους γράφει γίνεσθαι τοὺς ἐπὶ ταῖς βαρυνομέναις ὑπὸ τῶν σιτίων δυνάμεσι σφυγμούς. καταλυομένης γὰρ οὗτοι καὶ οὐ θλιβομένης δυνάμεώς εἰσι γνωρίσματα. ὥσπερ δ᾽ ἐν ταῖς κατὰ μέγεθός τε καὶ σφοδρότητα διαφοραῖς ἀνώμαλοι τυγχάνουσιν ὄντες, οὕτω κἂν ταῖς κατὰ πυκνότητα καὶ τάχος.

reperiet inaequales pulfus. Atque hoc fcilicet ipfum eft quod imbecillam facultatem ab onerata diftinguat, fimulque cum eo proditur et noxae magnitudo. Si enim inter multos magnos et vehementes pauci offendantur parvi languidique, pufilla eft offenfio facultatis; contra fi pauci magni et vehementes, parvi autem atque languidi multi fint, ingenti in ejuscemodi affectibus onere opprimitur facultas. At vero parvi et languidi pulfus perpetuo fiunt, nullo interpellante contrariorum, non in iis quae onerantur, fed in iis quae diffolvuntur facultatibus. Dum vero per fe quidem validae fint, fed a quopiam graventur et premantur, omnino vehementes et languidi pulfus commifcentur, etiam fi fumme offenfae fint. Ofcitanter igitur fcribit Archigenes, languidiores et minores pulfus fieri, quum facultates cibo gravantur; haec enim, quod facultas diffolvatur, non quod prematur, figna funt. Atque ut in differentiis magnitudinis et vehementiae funt inaequales, fic in differentiis

faftidiofae; quamobrem balnea defiderant, ut alii faftidiofi omnes et inaequales ex laffitudine, vel aduftione, lotione intermiffa, vel exercitatione, et plerique fcilicet laetantur balneo, recrearique fe dicunt; depulfam enim inaequalitatem effe totius corporis, nec magnopere quicquam fe offendi balneo referunt acceptum; et fane non laeduntur forfitan horum quidam. Verum hujus loci non eft ifta meditatio; in febrium enim curationibus de omnibus his difputabimus, five feparatim vifum fuerit eas, five in methodo medendi tractare; nam ad praefens inftitutum folam dignofcendi viam tractabimus. Sane videatur quibusdam perplexa et incognita, fi quando nec differentia ulla pulfuum a naturali ftatu deficiat, et fe ipfe aegrotus febrem non dicat percipere, at inaequalitatem, quae una molefta erat, balneis percuraverit. Et ut rem difficiliorem faciam, ne ex urina quidem petere in ejuscemodi affectibus firmam notitiam femper licet; fed

ταῦτα τοῖς πλείστοις αὐτῶν, καὶ χροιᾷ καὶ συστάσει τοῖς κατὰ φύσιν ἐοικότα. μύριοι τοιοῦτοι κατὰ τὸν πολυχρόνιον λοιμὸν ὤφθησαν ἡμῖν, ἐφ᾽ ὧν ἦν θεάσασθαι τοὺς ἰατροὺς ἰδιώταις ὁμοίους, ἐνίους δὲ καὶ πολὺ χείρους ἰδιώτου συνετοῦ. καὶ πολλούς γ᾽ οὖν τῶν ἰδιωτῶν εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, τὴν γοῦν ἐκπνοὴν τῶν καμνόντων ἐστὶν ἰδεῖν ἐπισκοπουμένους, καὶ εἰ δυσώδης φαίνοιτο τὰ χείρω προσδοκῶντας. ἐκείνοις μὲν οὖν ἐκ πείρας εὕρηται κατὰ τοὺς λοιμώδεις πυρετοὺς τὸ τοιοῦτον γνώρισμα· σοὶ δ᾽ οὐκ ἐκ τῆς πείρας μόνον, ἀλλὰ κἀκ τοῦ λόγου φαινέσθω. συνεπισκοποῦνται δὲ δή που καὶ τὰ κατὰ τὸ στόμα μόρια, καὶ εἰ βραχύ τι τῆς λοιμώδους ἐμφαίνοιτο χρόας [286] αὐτοῖς, ἀποφαίνονται λοιμώττειν τοὺς οὕτως ἔχοντας. ἰατρῷ δέ γ᾽ οἶμαι μᾶλλον ἰδιώτου φαίνεσθαι καὶ ταῦτα, τοῖς μὲν γὰρ ἐρυσιπελατώδης, τοῖς δ᾽ ὁμοία τοῖς ἐσθιομένοις ἕρπησιν ἡ χρόα φανεῖται, διεσπαρμένη κατὰ πλείονα μόρια τῆς κατ᾽ ἀρχὰς, ὡς οἶμαι. καὶ εἰ ἐπιβάλοι τῷ θώρακι τὴν χεῖρα πεπειραμένος ἰατρὸς ἐν διαγνώσει πυρετώδους θερμασίας, οὐδὲ αὐτὸν λαθεῖν ἐάσει τὴν διάθεσιν. ἐπισκεπτέον δ᾽ οὐχ ἥκιστα καὶ τὰ οὖρα.

eſt etiam fere anceps, calore et ſedimento ſimilis naturali. Sexcentos tales in peſtilentia diuturna conſpeximus, ubi medicos cerneres nihilo plebe praeſtantiores, imo vero imperitiores multo nonnullos experiente plebejo. Vulgus enim fere, ſi nihil aliud, at expirationem aegrotorum videas obſervare; quae ſi foeteat, pejorem cauſam expectant. At illi quidem uſu tale ſignum in peſtilentibus febribus invenerunt; tu non uſu modo, ſed et ratione aeſtima. Jam os etiam attendunt, quod ſi illic aliquid coloris peſtilentis cernant, eos peſte confirmant laborare. Equidem medico haec puto clariora eſſe quam vulgo; partim enim illi colorem eryſipelatoſum, partim colorem habent depaſcentibus herpetibus aſſimilem, diffuſum per plures partes ſcilicet quam a primo. Et ſi manum thoraci exercitatus medicus admoveat in explorando febrili calore, ne tum quidem praetereat eum affectus. Inſpicienda porro prae caeteris urina eſt.

καὶ γὰρ ἀνατεταραγμένα τισὶν αὐτῶν φαίνεται καὶ ὑδατωδέστερα καὶ λεπτότερα πολὺ τοῦ κατὰ φύσιν ἐνίοις. ταῦτα μὲν οὖν ἀναμφισβήτητα, καθάπερ καὶ ὅσα τοῖς κατὰ φύσιν ἐοίκασιν ἀκριβῶς, κατά τε χρόαν καὶ κατὰ πάχος, ἀναμφισβήτητα καὶ ταῦτα πρὸς τὴν δευτέραν ἐλπίδα, καὶ εἰ ἐναιώρημά γε ποιήσαιτο χρηστὸν, ἔτι καὶ μᾶλλον ἀναμφισβήτητα, τήν γε ὑπόστασιν ἔχοντα λευκὴν καὶ λείαν καὶ ὁμαλήν. τοῖς δ' ἐναιωρήμασι μάλιστα προσεκτέον τὸν νοῦν. ἔνια γὰρ αὐτῶν ὑποπέλιδνά πως ὄντα λανθάνει, καθάπερ ἄλλα πλατείαις ἀράχναις ἐοικότα, δίκην ἐρίων ἐπιβεβλημένων ἀλλήλαις. εἰ μὲν οὖν τι τοιοῦτον εὑρίσκοις, ἢ ὅλως μηδὲν ἐμφερόμενον ἐναιώρημα τοῖς οὔροις, ἐν τῇ χείρονι μερίδι ταῦτα πάντα τίθεσο. τῶν δ' ἐναντίων φανέντων ὁποῖα διῆλθον ἀρτίως, ἀδύνατόν ἐστιν ἐν κακῇ διαθέσει τὸν ἄνθρωπον εἶναι. ἔκ τε οὖν τούτων διορίζεσθαι, πότερον ἀνωμαλία τίς ἐστι περὶ αὐτὸν, ἢ λοιμώδης εἰσβολὴ νοσήματος ὀλεθρίου πυρετὸν ἑκτικὸν ἔχοντος, ἐπί τε τοῖς μετὰ τὸ λουτρὸν, ἀπόσιτοί τε γάρ εἰσι καὶ διψῶσι πλέον ἢ προσῆκεν, ἐπιθυμοῦσί τε ψυχροῦ

Etenim conturbata quorundam eorum videtur esse et aquosior, ac nonnullorum multo quam pro natura tenuior, atque haec quidem certissima est, necnon quae naturalibus undequaque similis est colore et crassitudine; haec etiam ad secundam spem certissima est; quae si enaeoremate probo sit praedita, multo etiam est certior, si quidem sedimentum sit candidum, laeve et aequabile. Praecipue vero enaeorematis animus est adhibendus; nam quaedam quae sublivida quodammodo sunt latent, et item alia quae aranearum latas telas referunt in modum lanae congestae. At si quid tale animadvertas, aut nullum plane suspensum innatare urinis in pejorem partem haec interpretare, si contraria videas quae retuli modo, non potest fieri ut male affectus homo sit. Ex his igitur discernas, utrum inaequalitate quapiam affectus sit, an pestilens morbus et exitialis, qui hecticam febrem habeat, eum prehendat; praeterea ex iis, quae balneum consequuntur, etenim cibum respuunt et sitiunt praeter

προσεπιθεωρεῖν δὲ ἀκριβῶς αὐτῶν προσήκει καὶ τοὺς ὀφθαλμούς. ἐν γὰρ τῷ λούεσθαι μάλιστα γίνονται κατάδηλοι, θερμοὶ καὶ φλογώδεις ἀποτελούμενοι, ἔνιοι δ᾽ ἐντεῦθεν ἀρξάμενοι διαμένουσιν, οὓς δὴ σαφῶς γνωριοῦμεν ὅτι λοιμώττουσι. ἀλλὰ λοιμοῦ μεν ὁποῖος ἡμῖν ἐγένετο καί ἐστιν ἔτι μηδέποτ᾽ εἴη πειραθῆναι τοῖς ἀνθρώποις. εἰδέναι μέντοι χρὴ καὶ ἄλλως γινομένους ἄνευ λοιμῶν τοὺς αὐτοὺς τούτους πυρετοὺς, ὥσπερ καὶ γέγρα(143)πται περὶ αὐτῶν ἅπασι τοῖς ἀξιολόγοις ἰατροῖς, καὶ καλοῦσί γε λοιμώδεις αὐτοὺς, ὑπὲρ ὧν τῆς ἰδέας ἁπάσης ἐν ταῖς τῶν πυρετῶν διαφοραῖς ἐπὶ πλέον εἴρηται. νυνὶ μὲν γὰρ οὐχ ὡς ἄν τις κάλλιστα διαγινώσκοι πυρετοὺς ὁ λόγος, ἀλλ᾽ ὡς ἂν ἐκ σφυγμοῦ κάλλιστα. καὶ ἴσως καὶ πλείω τοῦ δέοντος εἴρηται περὶ τῶν ἀπὸ τοῦ σώματος αὐτοῦ τῆς καρδίας ἀναπτομένων πυρετῶν, αὖθις οὖν ἀνάγωμεν ἐπὶ τοὺς σφυγμοὺς τὸν λόγον, ὅσον ὑπόλοιπόν ἐστι τῶν ἑκτικῶν πυρετῶν ἐξηγούμενοι. γίνονται μὲν γὰρ, ὡς εἴρηται, καὶ τῶν λοιμωδῶν οὐκ ὀλίγοι καταρχὰς εὐθέως ἑκτικοὶ, διαφέροντες ἁπάντων τῶν ἄλλων πυρετῶν, οἳ ἐν ἰσχυρᾷ σηπεδόνι. γίνονται δὲ καὶ διὰ λύπην ἐνίοτε καὶ

modum ac frigidam poſtulant. Etiam oculi illorum ſunt accurate inſpiciendi; nam inter lavandum manifeſte redduntur calidi, et flammei quidam poſtea tales permanent, quos plane ſciemus teneri peſte. At in peſtilentia, qualis noſtra memoria fuit et viget etiamnum, nunquam experiri quisquam homo poſſit. Sciendum tamen nonnunquam incidere ſine peſte has ipſas febres, ut de illis prodiderunt omnes inſigniores medici, vocantque peſtilentes, de quarum tota natura diſputavi latius in differentiis febrium; nam hoc quidem loco, non quemadmodum quis optime febres dignoſcat tractamus, ſed quemadmodum ex pulſu optime. Quinetiam dixi fortaſſe plus aequo de febribus ex ipſo cordis corpore excitatis, quare ad pulſus nos referamus, et quod reſiduum eſt de febribus hecticis perſequamur. Etenim ſunt, ut docuimus, peſtilentes non paucae inde usque ab initio hecticae, diſtantque ab omnibus aliis febribus, quae ex magna putredine oriuntur. Praeterea etiam moerorem inter-

θυμὸν ἐξ ἀρχῆς ἔνιοι τῶν ἑκτικῶν. ἄλλως δ᾽ οὐκ εἶδον γιγνόμενον οὐδένα πυρετὸν ἑκτικὸν εὐθέως ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἀλλ᾽ ἐπὶ προήκοντι τῷ χρόνῳ πολλοῖς τῶν ἄλλων ἐπιγίγνονται. καὶ διορίζει σαφῶς αὐτοὺς ἥ τε μόνιμος ἰσότης, εἰ καί τινι τῶν ἄλλων ἐπιπλέκοιντο, καθάπερ ἐδείξαμεν, ὅσα τ᾽ ἄλλα κατὰ τὴν περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν πυρετῶν εἴρηται πραγματείαν. ἡ δ᾽ ἀπὸ τῶν σφυγμῶν διάγνωσις, ὡς ὀλίγον πρόσθεν εἶπον, ἐν ἀρχῇ μὲν ἔτι καὶ περὶ τὰς πρώτας ἡμέρας δύσγνωστός ἐστιν, ὁπόταν κοινὴν ἔχωσιν ἔτι τοῖς ἐφημέροις τὴν ἰδέαν, μετὰ δὲ τὴν τρίτην ἤδη σαφέστεροι γίνονται καὶ τῇ διὰ τῶν σφυγμῶν διαγνώσει. καὶ γὰρ θάττους οὗτοί γε σαφῶς ἔχουσι τοὺς σφυγμοὺς τῶν κατὰ φύσιν, εἰ καὶ τἄλλα μηδὲν διαφέροιεν, ἥ τε θερμασία κατὰ τὸν θώρακα καὶ σαφῶς ἐστι πυρετώδης αὐτοῖς, ἀμυδρότεροί τε τοσοῦτον οἱ σφυγμοὶ τῶν κατὰ φύσιν εἰσὶν εἰς ὅσον ἡ θερμασία παραύξηται. ταῦτα μὲν οὖν ἱκανὰ περὶ τῶν πυρετῶν, ὅσοις ἡ καρδία γέγονε θερμοτέρα τοσοῦτον τοῦ κατὰ φύσιν ὅσον αἱ κατ᾽ αὐτὴν [287] ὗλαι ψυχρότεραι. προσκείσθω δ᾽ ἀσφαλείας ἕνεκα ταῖς ὕλαις ἐκεῖνα τὰ σώματα σύμπαντα τὰ ψαύοντα τῆς καρδίας,

dum ſequuntur et iram a primo quaedam hecticae. Aliter neſcio, an ulla febris inde usque ab initio fiat hectica. At temporis diuturnitate multis aliis ſuccedunt, quas dilucide diſtinguit, etiamſi cum aliis connectantur, ſicut declaravimus, perpetua aequalitas, et alia quae in libris De differentiis febrium docuimus. Notitia autem ex pulſibus, quomodo nuper diximus, initio adhuc atque primis diebus non facile paratur, quum ſpeciem adhuc communem habeant cum diariis febribus; verum elapſo triduo jam clariores fiunt etiam pulſuum indicio. Siquidem aperte hae celeriores quam deceat pulſus habent, atque ut inter eas nihil interſit aliud, febrili quidem certe calore manifeſte ſecundum thoracem praeditae ſunt, pulſusque tanto ſunt languidiores juſto quantum calor creverit. Hactenus de febribus in quibus cor tanto quam natura poſtulat calidior eſt quanto quam continet materia frigidior. Materiae addamus ſecuritatis gratia corpora illa omnia quae cor at-

Ed. Chart. VIII. [287.] Ed. Baſ. III. (143.)

εἴη δ᾽ ἂν ταῦτα τῶν μὲν σπλάγχνων ὁ πνεύμων, ὑμένων δὲ ὅ τε περικάρδιος ὀνομαζόμενος, ὅσον τε τῶν διαφραττόντων τὸν θώρακα τῆς καρδίας ἐγγύς. ὁμιλεῖ δὲ δή που τῷ σπλάγχνῳ τούτῳ καὶ ὁ περιεχόμενος ἀὴρ ὑπὸ τοῦ περικαρδίου σκεπάσματος, ὥσπερ γε καὶ ἀρτηρίαι καὶ αἱ φλέβες, ὧν ἐν ταῖς κοιλίαις αὐτῆς φαίνεται μέγιστα στόματα. ταυτὶ γὰρ ἅπαντα ταῖς ὕλαις ἀνάλογον ἀλλοιοῖ τῆς καρδίας τὸν σφυγμὸν, καὶ καλείσθω συντόμου διδασκαλίας ἕνεκεν ἅπαντα τὰ κατειλεγμένα ψαύοντα τῆς καρδίας.

Κεφ. ε΄. Ἑξῆς οὖν λέγωμεν ὑπὲρ ἐκείνων πυρετῶν ἐν οἷς ἡ μὲν καρδία θερμοτέρα πλείονι μέτρῳ, τὰ ψαύοντα δ᾽ αὐτῆς ἐλάττονι μέτρῳ ψυχρότερα. γενήσονται γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν οἱ σφυγμοὶ θάττους τε ἅμα καὶ μείζους καὶ πυκνότεροι καὶ ἀμυδρότεροι τῶν κατὰ φύσιν, ἀλλὰ πλείονι μὲν εἰς ἀμυδρότητα καὶ τάχος, ἐλάττονι δὲ εἰς πυκνότητά τε καὶ μέγεθος τοῦ κατὰ φύσιν ἐξιστάμενοι. μόνιμος δὲ καὶ ἡ τούτων γένεσις, ὥσπερ καὶ ἡ τῶν ἄλλων ἑκτικῶν. εἰ δὲ τὸ μὲν σπλάγχνον ἔλαττον ἐξίσταιτο τοῦ κατὰ φύσιν εἰς θερμότητα, τὰ δὲ ψαύοντα αὐτοῦ πλέον εἰς ψυχρότητα, μικρό-

tingunt; puta ex viſceribus pulmonem, ex membranis quum illam quae pericardium appellatur tum quicquid thoracem prope cor interſepit. Etiam conſuetudo huic viſceri intercedit cum aëre, quem continet membrana pericardium, necnon cum arteriis et venis, quarum penetrare maxima oſtia cernis ad ſinus ejus. Haec omnia non aliter atque materia pulſum cordis immutant, vocenturque brevitatis gratia omnia quae recenſuimus vicina cordi.

Cap. V. Deinceps de illis febribus dicamus in quibus cor calidius eſt quam vicina ei frigidiora; nam in hujuscemodi affectibus pulſus celeriores ſimul et majores et crebriores languidioresque juſto erunt; longius tamen ad remiſſionem et celeritatem, minus ad crebritatem et magnitudinem recedent a natura. Stabilis et conſtans harum generatio eſt, ut caeterarum hecticarum. Quod ſi non ita longe viſcus a natura deſciſcat ad calorem, vicina ei longius

τεροι μὲν ἐπὶ τῶν τοιούτων οἱ σφυγμοὶ καὶ ἀραιότεροι γενήσονται, τῷ τάχει δ᾽ ἤτοι παραπλήσιοι τοῖς κατὰ φύσιν· ἢ βραδύτεροι, παραπλήσιοι μὲν, ὅταν μὴ πολὺ πλέον ἐπὶ τὸ ψυχρότερον ἐξίστηται τὰ ψαύοντα, βραδύτεροι δὲ, ὅταν πολὺ πλέον ἀποκεχωρήκῃ ταῦτα τοῦ κατὰ φύσιν ἐπὶ τὸ ψυχρὸν ἤπερ ἡ καρδία πρὸς τὸ θερμόν. ἡ δ᾽ ἀμυδρότης κἀνταῦθα κατὰ τὸ ποσὸν τῆς θερμότητος. εἰ δὲ τὸ μὲν σῶμα τῆς καρδίας αὐτὸ ψυχρότερον εἴη τοῦ κατὰ φύσιν, αἱ δ᾽ ὗλαι καὶ ἄλλα τὰ ψαύοντα αὐτῆς θερμότερα, γενήσονται μὲν δή που κἀνταῦθα τρεῖς αἱ πᾶσαι διαφοραί. τραπήσονται δ᾽ οἱ σφυγμοὶ καθ᾽ ἑκάστην ἀνάλογον ταῖς προειρημέναις. ἔστω γὰρ πρῶτον ἐπὶ τοσοῦτον ἐψῦχθαι τὴν καρδίαν ἐφ᾽ ὅσον τεθέρμανται τα ψαύοντα, βραδύτερος ὁ τοιοῦτος ἔσται σφυγμὸς τοῦ κατὰ φύσιν, ὅταν ἀξιόλογος ἡ ἀλλοίωσις ᾖ. ἀνάλογον δ᾽ αὐτῷ καὶ τὸ τῆς ἀμυδρότητος ὑπάρχει. τῷ μεγέθει δὲ οὐδὲ ἓν ἐξαλλαχθήσεται τοῦ κατὰ φύσιν, ὥσπερ οὐδὲ τῇ πυκνότητι σαφὲς, οὐδὲ ἀξιόλογον οὐδέν. ἐν μέντοι ταῖς τοῦ κατὰ φύσιν βραχείαις ἐκτροπαῖς ἐφ᾽ ἑκάτερα δυσφωρατοτέρα ἡ διάκρισις, ὡς πρόσθεν καὶ εἴρηται, καὶ μάλιστα γίνεται δύσγνωστος ἐν

ad frigiditatem, minores pulfus in his et rariores erunt; celeritate vel fimiles erunt naturalibus, vel tardiores; fimiles, fi non multo frigidiora vicina fint; tardiores, ubi multo longiore intervallo haec ad frigiditatem a natura deflexerint quam ad calorem cor. Remiffio hic etiam quantitati caloris refpondebit. At vero fi frigidius jufto fit ipfum cordis corpus, materia porro reliquaque vicina illo calidiora, erunt et hic tres numero differentiae, et variabunt pulfus in unaquaque, ficut fuperiores. Primum aeque refrigeratum fit cor ut incaluerunt vicina, tardior aequo erit is pulfus, fi infignis fuerit alteratio. Huic refpondet remiffio, nam magnitudine nihil de natura decedet, nec vero etiam crebritate, quod animadverti poffit, aut infigniter. At quum non multum de natura eft difceffum in utramque partem, difficillime, ut ante dixi, exploratur difcrimen, atque in his praefertim corporibus obfcurum eft, quorum

Ed. Chart. VIII. [287. 288.] Ed. Baf. III. (143.)

οἷς σώμασι τὸ κατὰ φύσιν οὐ προεπιστάμεθα. γινωσκομένου δὲ τούτου δυνατόν ἐστι καὶ τὴν βραχεῖαν ἐπιγνῶναι μεταβολὴν, ὅταν ἠσκημένος ᾖ τις ἐν διαγνώσει σφυγμῶν. ὥσπερ δ' ὀλίγον ἔμπροσθεν, ἡνίκα τοῦ σπλάγχνου θερμοτέρου γενομένου, τῶν ψαυόντων δ' αὐτοῦ ψυχροτέρων, ἐσκοπούμεθα τοὺς σφυγμοὺς, ἑκτικὸν ἐλέγομεν εἶναι τὸν πυρετὸν, οὕτως νῦν εἰ μὲν τὸ σπλάγχνον εἴη ψυχρότερον ἅπαντος τοῦ κατὰ φύσιν ὅρου, τὰ δὲ ψαύοντα θερμότερα, πυρέξει μὲν ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐ τὸν ἑκτικὸν ὀνομαζόμενον πυρετὸν, ἀλλ' ἤτοι τὸν ἐφήμερον ἢ τὸν ἐπὶ σήψει χυμῶν. ἴδια δ' ἑκάτερα τὰ γνωρίσματα, τοῦ μὲν ἐφημέρου πυρετοῦ μιχθέντος ψυχροτέρῳ σώματι καρδίας, ὅταν ἴσως ἑκάτερος ἐξεστήκῃ τοῦ κατὰ φύσιν ὁ σφυγμὸς, οὐδὲν μὲν τῷ μεγέθει παραλλάττει τοῦ κατὰ φύσιν, ὥσπερ οὐδὲ πυκνότητι σαφὲς οὐδὲν, οὐδὲ τάχει, πρὶν ἀξιόλογον ἑκατέρου γενέσθαι τὴν ἐκτροπὴν, ἀμυδρότερον δ' εἰς [288] τοσοῦτον εἰς ὅσον καὶ τὸ σπλάγχνον ψυχρότερον ἔσται. τοῦ δ' ἐπὶ σήψει χυμῶν, ἴσον μὲν ἀεὶ καὶ τούτου τὸ μέγεθος, οὐκ ἴσον δὲ τῶν κατὰ φύσιν, οὐδὲ τῶν ἄλλων γενῶν, ἀλλ' ἐπειδὰν μὲν ὀλίγον ἐξεστήκῃ τοῦ κατὰ φύσιν, οὐδὲν ὅ τι

ignoramus naturalem ftatum; nam hunc fi prius noverimus, poterit etiam animadverti brevis mutatio, fi quis verfatus fit in explorandis pulfibus. Ut autem paulo ante, quum vifceris calidioris et vicinorum ei frigidiorum confideraremus pulfum, febrem diximus effe hecticam, ita nunc, fi vifcus fit frigidius omnino quam naturalis modus permittat, et vicina calidiora, febricitabit quidem homo, non hectica tamen quam vocant febre, fed vel diaria, vel ea quae putredinem humorum confequitur. Signa vero funt propria utriusque. Diariae quidem febris conjunctae cum frigidiore corpore cordis, ubi ex aequo de natura utrumque deflexerit, pulfus nihil magnitudine a naturali differt; nec etiam crebritate pene quicquam, quod perfpici poffit, nec item celeritate, nifi utriusque infignis fiat mutatio; languidior vero tanto erit quanto vifcus frigidius. Ejus autem febris quae ex putredine humorum fit par quidem perpetuo eft naturali et ipfa pulfus magnitudo, non par autem perpetuo ullum

καὶ ἀξιόλογον· πλέον δ᾽ ἐκστάντων ἐναργῶς θάττων ὁ σφυγμὸς γίνεται κατὰ τὴν συστολὴν, ὥσπερ ὁ πρότερος ἐν τῇ διαστολῇ. καὶ μὲν δὴ καὶ πυκνότερος ἐναργῶς κατὰ τὴν ἐκτὸς ἠρεμίαν, ἀμυδρότερος δὲ φαίνεται τοσοῦτον ὅσον ἡ καρδία κατέψυκται. ἔστω δὴ πάλιν ἐπιπλέον ἐψῦχθαι τὴν καρδίαν ἢ τεθερμάνθαι τὰ ψαύοντα, καὶ εἶναι τὸν πυρετὸν ἐφήμερον, ἐπιπλέον οἱ σφυγμοὶ μὲν τούτων σαφῶς ἀμυδροὶ γενήσονται καὶ μικρότεροι, βραδεῖς δ᾽ οὐχ ὁμοίως σαφῶς, ἀλλ᾽ ὅσον ἐπιπλέον ἐψύχθη τὸ σῶμα τῆς καρδίας τῶν ψαυόντων ἑαυτοῦ. καὶ μὲν δὴ καὶ ἀραιοὶ καὶ μικροὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἔσονται. ἔστω δὲ πάλιν ἐπὶ σήψει χυμῶν ὁ πυρετὸς, ὁ σφυγμὸς τούτων ἀμυδρὸς ἔσται ὡσαύτως τῷ προειρημένῳ, μικρότερος δ᾽ ἔτι κἀκείνου κατά γε τὴν διαστολὴν καὶ βραδύτερος. ἡ μέντοι συστολὴ θάττων αὐτοῦ γενήσεται τοῦ κατὰ φύσιν. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐν ἐκείνοις ἔσται τοῖς καιροῖς τοῦ παροξυσμοῦ τὸ τοιοῦτον, ἐν οἷς τέ ἐστιν ἀρχὴ καὶ ἐπίδοσις, ἐπεὶ κατά γε τὰς ἀκμὰς ἧττον, ἔτι δ᾽ ἧττον ἐν ταῖς παρακμαῖς. ὑποκείσθω δὴ τὸ τρίτον εἶδος τῆς ἐπαλλάξεως, ὅπερ ἐστὶν ἔλαττον

ex aliis generibus, fed ubi parum quidem a natura receſſerint, nihil quod eſſatu dignum ſit, a naturali pulſus evariat; ubi vero plus receſſerint, aperte in contractione pulſus celerior fit, ſicut ſuperior in diſtentione; jam etiam clare in externa quiete crebrior et languidior apparet tanto quantum refrigeratum eſt cor. Contra jam magis refrigeratum cor ſit quam vicina incaluerunt, ac febris ſit diaria, horum pulſus manifeſte languidiores erunt et minores, tardi non perinde aperte, ſed quanto vicinis ſibi frigidius ſit corpus cordis; jam etiam rari ac parvi pro proportione erunt. At vero febris ſit ex humorum putredine; horum pulſus languidus erit perinde ut ſuperior, ſed illo etiam minor in diſtentione tardiorque, at contractio naturali celerior erit, ac magis etiam incidet id in illa tempora acceſſionis, in quibus eſt initium et incrementum; nam in vigoribus quidem minus, ac minus etiam in remiſſionibus. Porro autem tertium genus commutationis ponatur, hoc eſt

Ed. Chart. VIII. [288.] Ed. Baſ. III. (143. 144.)

εἰς ψυχρότητα μεθεστηκέναι τὴν καρδίαν ἤπερ εἰς θερμότητα τὰ ψαύοντα αὐτῆς, καὶ εἶναι τὸν πυρετὸν ἐφήμερον, οἱ σφυγμοὶ τῷ τοιούτῳ σώματι τοσούτῳ μὲν ἀμυδρότεροι τοῦ κατὰ φύσιν ὅσῳ περ καὶ τὸ σῶμα τῆς καρδίας δυσκρατότερον ἔσονται μείζονές τε καὶ θάττονες τοῦ κατὰ φύσιν, καὶ πλέον γε μείζονες ὅσῳ περ ἢ θάττονες. ἔσονται δὲ καὶ πυκνότεροι. ταῦτα σύμπαντα λέλεκται μήτ᾽ εἰς σκληρότητα μήτ᾽ εἰς μαλακότητα τῶν σφυγμῶν (144) ἐπιδήλως ἠλλοιωμένων, ὡς εἴ γε καὶ κατὰ τοῦθ᾽ ὑπαλλαχθεῖεν, ἡ μὲν ἐπὶ τὸ μαλακὸν αὐτῶν ἐκτροπὴ, τὸ μέγεθος μὲν πάντως αὐξήσει καὶ τὴν ἀραιότητα, προσθήσει δ᾽ ἐνίοτε καὶ βραδύτητα· εἰ δ᾽ ἐπὶ τὸ σκληρὸν, τἀναντία, μικρότητά τε καὶ πυκνότητα, καίτοι καὶ τάχος ἐνίοτε προσθήσει. ἐγὼ μὲν δή μοι πάσας ἤδη δοκῶ τῶν πυρετῶν εἰρηκέναι τὰς ἐκ σφυγμῶν διαφορὰς, εἴ γε δὴ τὴν οὐσίαν αὐτῶν ἐπὶ πλεονεξίᾳ τῆς ἐν τῇ καρδίᾳ θερμασίας ὀρθῶς ἐθέμεθα. καὶ σὺν τοῖς πυρετοῖς γε καὶ ἄλλων οὐκ ὀλίγων ἐμνημόνευσα διαθέσεων ἐναντίων τοῖς πυρετοῖς, ἐφ᾽ ὧν ἡ τῆς καρδίας διάθεσις ψύξις ἐστίν. ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν μικτῶν διαθέσεων εἶπον, ὧν ἡ μίξις ἐξ ἐναντίων

minus ad frigiditatem cor declinaviſſe, quam ei vicina ad calorem, ac febrem eſſe diariam: pulſus habebit hoc corpus tanto quam par eſt imbecilliores quanto corpus cordis ſit intemperantius, atque majores et celeriores naturali, ſed majores quam celeriores, ad haec crebriores erunt. Haec omnia ſunt accipienda pulſibus nec in duritiem nec in mollitiem aperte mutatis, nam ſi hic ſint etiam mutati, diſceſſus eorum ad mollitiem omnino magnitudinem et raritatem augebit, addet etiam et tarditatem, diſceſſus autem ad duritiem contraria, nimirum parvitatem et crebritatem, addet interdum et celeritatem. Equidem jam omnes mihi videor febrium quas ex pulſibus ſumas differentias percurriſſe; ſiquidem ſane earum eſſentiam recte in cordis nimio calore poſuimus. Jam inter febres affectus non paucos alios attigimus contrarios febribus, in quibus cordis affectus frigiditas eſt. Praeterea de mixtis affectibus diximus, quo-

Ed. Chart. VIII. [288.] Ed. Baf. III. (144.)

ἐπιπλεκομένων ἀλλήλοις γίγνεται. καὶ ἦν ἤδη μοι καιρὸς ἐφ' ἕτερόν τινα προϊέναι λόγον· ἐπεὶ δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως εἰς παμπόλλην διαφωνίαν ἐμπεπτώκασιν οἱ περὶ πυρετῶν πραγματευσάμενοι, δι' ἐκείνους ἀναλαβεῖν ἐπὶ κεφαλαίων ἔγνωκα τὰ προειρημένα κατὰ τόδε τὸ γράμμα, ἐν ᾧ περὶ τῆς τῶν πυρετῶν ἐκ σφυγμῶν διαγνώσεως, καὶ εἴ γε χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, δι' Ἀρχιγένην μάλιστα τοῦτο ποιεῖν διέγνωκα. πάντων γὰρ ἐπιμελέστατος ἐν τῇ περὶ τῶν πυρετῶν πραγματείᾳ δόξας γεγονέναι κινδυνεύει μηδὲν ἡμᾶς διδάσκειν ὁμοίως Ἐρασιστράτῳ. διττὸς γάρ ἐστι τῶν μηδὲν διδασκόντων ὁ τρόπος, ἐνίων μὲν εἰς ἰδιότητα καταφευγόντων ἄῤῥητον, ἐνίων δὲ λεγόντων μὲν ὀνόματα, μήτε δ' ἃ σημαίνει φυλαττόντων μήθ' ἃ βούλονται σημαίνειν ἑρμηνευόντων. ὁ γάρ τοι σκληρὸς σφυγμὸς, ὃν ἀχώριστον εἶναι βούλεται τῶν πυρεττόντων ὁ Ἀρχιγένης, ὄνομα μόνον ἐστὶν, οὐδὲν πρᾶγμα σημαίνων ἐπιστημονικῶς τε καὶ βεβαίως νοηθῆναι δυνάμενον. εἴρηται δ' ἐπιπλέον ὑπὲρ τοῦ τοιούτου σφυγμοῦ κατά τε τὴν περὶ διαφορᾶς σφυγμῶν πραγματείαν, ἔτι τε καὶ τὴν

rum ex contrariis inter se complicatis mixtio constat. Jamque transeundum alio mihi erat, sed quando in magnam dissensionem nescio quo pacto qui de pulsibus commentati sunt inciderunt, propter eos visum mihi est quae hoc in libro jam tradidimus, in quo de febribus ex pulsibus dignoscendis tractavi, summatim repetere. Imo si verum fatendum est, potissimum hoc propter Archigenem statui facere, nam quum habitus sit diligentissimus in commentatione de febribus nihil nos prope non aliter ac Erasistratus docet. Nempe eorum, qui nihil docent, duplex est institututum, quidam ad proprietates quae exprimi nequeant confugiunt; alii proferunt quidem nomina, tamen nec quae significant observant nec quam illis significationem attribuant interpretantur. Namque durus pulsus, quem perpetuum Archigenes febricitantibus confirmat esse, nomen duntaxat est, nec rem denotat ullam, nec plane, nec liquido intelligi potest. De quo pulsu in libris De differentiis pulsuum la-

Ed. Chart. VIII. [288. 289.] Ed. Baf. III. (144.)
διαγνωστικὴν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ δι᾽ ὧν ἐξηγούμεθά τε ἅμα καὶ κρίνομεν, ὅσα κατά γε τὸ περὶ τῶν σφυγμῶν βιβλίον ὁ Ἀρχιγένης ἔγραψεν. ἀναγκαῖον δ᾽ ἐστὶν, ὡς ἔοικεν, εἰπεῖν τι καὶ νῦν ἐπὶ κεφαλαίων ὑπὲρ αὐτῶν.

Κεφ. ϛʹ. [289] Ὥσπερ τῶν ἄλλων ὀνομάτων ἕκαστον ἴδιον δηλοῖ πρᾶγμα παρὰ τοῖς Ἕλλησι πᾶσιν, οὕτω καὶ κατὰ τῶν ὑποπιπτόντων ταῖς αἰσθήσεσιν ἔθεντο προσηγορίας τινὰς, ἰδίᾳ μὲν ὅσαι δηλοῦσι τὰς ἀκουστὰς διαφορὰς, ἰδίᾳ δ᾽ ὅσαι τὰς ὁρατὰς, ἢ ὀσφρητὰς, ἢ γευστὰς, ἢ ἁπτάς. οὔτ᾽ οὖν ἐπ᾽ ἄλλην φέρουσιν αἴσθησιν τό τε λευκὸν καὶ μέλαν καὶ ξανθὸν καὶ πυῤῥὸν, ὠχρόν τε καὶ φαιὸν καὶ κυανοῦν, ὅσα τ᾽ ἄλλα χρωμάτων ἐστὶν ὀνόματα πλὴν τῶν ὁρατῶν, οὔτ᾽ αὖ πάλιν ἐπ᾽ ἄλλα τὸ αὐστηρὸν καὶ γλυκὺ καὶ πικρὸν καὶ στρυφνὸν καὶ στῦφον, ἁλυκόν τε καὶ ἁλμυρὸν, ὅτι μὴ τῶν γευστῶν· οὐ μὴν δ᾽ ἐπ᾽ ἄλλων τινῶν θερμὸν καὶ ψυχρὸν, ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, καὶ μαλακὸν καὶ σκληρὸν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν ἁπτῶν ἅπαντες. εἰ δέ τις ἐπ᾽ ἄλλο μεταφέρει τῶν εἰρημένων ὁτιοῦν, ὁ μὲν τρόπος τῆς τοιαύτης χρήσεως ὀνομάζεται

tius disputavimus, et etiam in libris De dignofcendis iis, maxime autem in iis commentariis quibus interpretamur fimul et examinamus quae in libro De pulfibus Archigenes fcripfit. Sed hic tamen etiam operae pretium eft nonnihil de iis fummatim exponere.

Cap. VI. Ut fingula alia nomina apud omnes Graecos fingulas res indicant, ita etiam quae occurrunt fenfibus, his nomina quaedam pofuerunt; feparatim quae differentias auditus fignificant, feparatim quae differentias odoratus, vel guftus, vel tactus. Neque igitur aliis tribuunt album, nigrum, flavum, rufum, pallidum, fufcum, caeruleum, reliquaque colorum nomina praeterquam fenfui vifus objectis, neque etiam aliis aufterum, dulce, amarum, acerbum, aftringens, falfum, falfuginofum praeterquam iis quae guftantur, nec jam ullis aliis calidum, frigidum, ficcum, humidum, molle, durum, verum iis quae tanguntur omnes attribuunt. Nam fi alio traducas haec nomina, illa

μεταφορά. γίνεται δὲ δή που ταῖς ἄλλαις ὡσαύτως μεταφοραῖς καθ' ὁμοιότητά τινα καὶ ἀναλογίαν, καθ' οἵαν ὁμοιότητα καὶ πόδες εἴρηνται καὶ κορυφαὶ καὶ λαγόνες ὄρους. ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν ζώων τὰ κατωτάτω μὲν οἱ πόδες, ἡ κορυφὴ δὲ τὰ ἀνωτάτω πάντων ἐστὶν, οὕτως ἐπὶ τῶν ὀρῶν συγχωροῦμεν τοῖς ποιηταῖς τὰ μὲν ἀνωτάτω κορυφὰς ὀνομάζειν, τὰ κατωτάτω δὲ πόδας. ἐὰν οὖν τις ἐπὶ ζώου ποιούμενος τὸν λόγον, εἶτα πόδας εἰπὰν ἢ λαγόνας ἀξιώσει μήτε τῶν ποδῶν ἀκούειν, ὡς ἅπαντες ἀκούουσιν, μήτε τῶν λαγόνων, ὡς σύνηθες, ἀλλ' οὕτως δεῖν φάσκῃ λαγόνων ἀκούειν, ὡς ἐπὶ τοῦ ὄρους τοῦ Βριλλησοῦ Καλλίμαχος εἴρηκε·

Βριλλησοῦ λαγόνες εἰσὶ νόμου, ὃν ἐκτήσαντο,

γελοιότατος ἂν εἴη, διττῇ τε καὶ παλινδρομούσῃ χρώμενος ἀπὸ τῶν οὐ κυρίων ἐπὶ τὰ κύρια τῇ μεταφορᾷ. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὅστις ἐπὶ ἤθους, ἢ οἴνου λεγομένου τοῦ σκληροῦ κατὰ μεταφορὰν, ὑπὲρ τῶν ἁπτῶν σωμάτων ποιούμενος τὸν λόγον οὐχ ὡς σύνηθες ἅπασιν, οὕτως ἀξιῶν τῆς προσηγορίας ἀκούειν, ἀλλ' ὡς οἶνος λέγεται σκληρὸς,

usurpatio vocatur metaphora. Habent vero et alia item metaphoras ex similitudine aliqua et convenientia; ex qua similitudine pedes, vertices lateraque montis dicuntur. Nam ut animalium infimae partes pedes sunt, vertex omnium suprema, sic in montibus permissum est poëtis supremas partes vertices vocare, et infimas pedes. Si quis igitur, quum de animali loquatur, et pedes dicat, vel latera, noluerit pedes more omnium accipere, neque latera ut institutum est, sed ita dicat latera accipienda esse, quomodo de monte Brilleso dixit Callimachus,

Brillesi latera sunt orae, quem tenuere,

sane quam ridiculus sit, duplici utens et reciproca metaphora ab impropriis ad propria. Haud aliter si quum de moribus, aut vino durum dicitur per metaphoram, de corporibus quae tanguntur disputans, nolueris ut solent omnes nomen interpretari, verum sicut vinum dicitur du-

ἢ ἄνθρωπος, τὸ ἦθος σκληρόν. ὅμοιον γὰρ ἐκείνῳ τοῦτο τὸ περὶ πραγμάτων ὁρατῶν διαλεγόμενον, εἶτα λευκὸν μὲν εἰπόντα μὴ συγχωρεῖν ἀκούειν οὕτως ὡς εἴθισται πᾶσιν, ἀλλ' ἐπειδὴ πυρετούς τινας λευκοὺς αὐτὸς ὁ Ἀρχιγένης εἴρηκεν, οὕτως ἀκούειν χρῆναι καὶ τὸ χρῶμα τὸ λευκόν. ὥσπερ οὖν ὁ τοιοῦτος οὐκ ἂν δόξειε σωφρονεῖν, εἰ τὸ κυρίως ἐπὶ χρώματος λεγόμενον ὄνομα μετάγειν ἐπ' αὐτὸ κατὰ διττὴν μεταφορὰν ἀπὸ τῶν οὐ κυρίως ἀξιώσειεν, οὕτως, οἶμαι, καὶ ὅστις ἐπὶ σώματος ἁπτοῦ τὸν λόγον ποιούμενος, ἐκ μεταφορᾶς κελεύσει τὸ σκληρὸν ὄνομα ἀκούειν. συμβαίνει γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἅπασι λόγοις μηδὲν μανθάνειν τοὺς ἀκούοντας, ὅταν εἴργωνταί τε τοῦ κυρίως λεγομένου, μηδέν τι ἄλλο νοῆσαι δύνωνται. τί γὰρ ἄλλο τις νοήσειε χρῶμα τὸ λευκὸν ἀκούσας ὄνομα τοῦ τε συνήθους εἰργόμενος ἀκούειν τε κελευόμενος ἐκ τῆς τῶν λευκῶν πυρετῶν μεταφορᾶς; οὕτως οὖν καὶ ὁ σκληρὸς σφυγμὸς ὑπὸ τοῦ Ἀρχιγένους εἰσαγόμενος ἐφ' ἁπτοῦ πράγματος, εἰ μὴ τὸ κύριον σημαίνει, τοῦτο δὴ τὸ συνήθως ἅπασι λεγόμενον, ἀλλ' ὡς ἐκεῖνος ἐκ μεταφορᾶς τῆς τῶν οἴνων βούλεται, παντάπασιν ἀσαφής τε καὶ

rum, aut homo, aut mores. Huic ſimile eſt, ſi quum ſermonem habeas de rebus viſibilibus, atque album dicas, prohibeas ex omnium inſtituto accipi, ſed quando febres aliquas Archigenes albas appellavit, ita eſſe etiam intelligendum colorem album. At quemadmodum quidem non videbitur is ſanus eſſe, ſi quod proprie nomen colori tribuit, transferre duplici differentia ad eum ab impropriis ſtudeat, ſic ſane qui de tangibili corpore ſermonem inſtituit, et per metaphoram vult nomen durum accipi. Etenim in iis omnibus fit orationibus ut nihil auditores proficiant, quum et prohibeantur proprie dicto, nec quicquam intelligere aliud poſſint. Quem enim alium accipias colorem prolato albo, conſueto prohibitus, et accipere ex metaphora albarum febrium juſſus? Sic item durus pulſus, quem Archigenes in re tangibili induxit, niſi propriam ſignificationem habeat, nimirum hanc vulgarem, ſed ut ille ex metaphora vinorum vult,

ἄγνωστος γίγνεται καὶ τοιοῦτος οἷος εἰ καὶ σκινδαψὸς ἐλέγετο; πρὸς τῷ καὶ δύνασθαι πᾶν ὁτιοῦν ἄλλο κατὰ τοῦ τῶν πυρετῶν ἰδίου σφυγμοῦ φέρειν ὄνομα, καὶ δοκεῖν τι λέγειν, ὡς πρὸς ἀνθρώπους μὲν ἀγυμνάστους ἐν διαιρέσεσι σημαινομένων, εὐγνώμονας δὲ καὶ πεπιστευκότας, ὅτι γέρων ἄνθρωπος, ἐν τοσαύτῃ γεγονὼς δόξῃ καὶ πολλὰ τὴν τέχνην ὠφεληκὼς, οὐκ ἂν ἑκὼν εἶναί ποτε τοιαύτην ἀσάφειαν ἐμηχανήσατο κατὰ τὸν λόγον, ὡς ὀνόματα προσφέρεσθαι [290] μηδὲν σημαίνοντα. φέρε γὰρ εἴ τις εἴπῃ τὸν τοῦ πυρέττοντος σφυγμὸν εἶναι πικρὸν, ἀξιώσει οὕτως ἀκούειν τοῦ πικροῦ ὀνόματος ὡς ἐπὶ γευσιῶν ἐνίοτε λέγομεν, ἆρ᾽ ἕξομέν τι νοῆσαι σαφές; οὐ μᾶλλον ἢ εἰ στρυφνὸν, ἢ αὐστηρὸν, ἢ ὀξὺν ἀκούσαιμεν εἶναι τὸν σφυγμόν. ἐν ἅπασι μὲν γὰρ αὐτοῖς ἀηδές τι καὶ παρὰ φύσιν ἐμφαίνεται. τί δὲ τοῦτ᾽ ἔστιν οὐ δηλοῦται, καίτοι κατὰ μὲν τὰς τοιαύτας μεταφορὰς ἀπὸ τῶν κυρίων ἐφ᾽ ἕτερον οὐ κύριον ἡ μετάθεσις γίνεται, συγκεχωρημένον ἅπασι καὶ εἰθισμένον πρᾶγμα. κατὰ δὲ τὸ τοῦ σκληροῦ σφυγμοῦ σημαινόμενον, ὅπερ ὁ Ἀρχιγένης ἐνομοθέτησεν

prorfus obfcurus eft atque incognitus, talisque ut fi fcindapfus dicatur. Etiam poffet quodvis aliud nomen proprie febrium pulfui tribuere, et aliquid videretur dicere, apud homines fcilicet in diftinguendis fignificationibus imperitos, fimplices autem, et qui facile fibi perfuaderent virum fcilicet fenem, qui tam clarus effet, artemque multum illuftraffet, non facturum unquam ut talem obfcuritatem temere fermoni induceret, ut nomina proferret nullius fignificationis. Jam vero fi quis pulfum febricitantis amarum dicat effe, ac nomen amarum, ut ad guftum referimus interim velit accipi; nihil fane quod clarius intelligamus habebimus quam fi acerbum, vel aufterum, acidum audiremus pulfum effe, quod ex omnibus his res molefta et praeter naturam repraefentetur, quae autem fit illa non declaretur. Quanquam in ejuscemodi metaphoris a propriis ad aliud non proprium traductio fit, res et permiffa omnibus et vulgaris, at in fignificatione duri pulfus, cujus auctor Archi-

Ed. Chart. III. [290.] Ed. Baf. III. (144. 145.)

οὔτε συγκεχωρημένον, οὔτε εἰθισμένον, οὔτε ὅλως γεγονὸς, ἢ γενέσθαι δυνάμενον, ἀκοῦσαι χρὴ σημαινόμενον, ἀπὸ τῶν μεταφορικῶν ἐπὶ τὸ κύριον ἐπανερχομένους. διόπερ ὀνόματος μὲν ἔστιν ἀκοῦσαι, πρᾶγμα δὲ οὐδ᾽ ἐννοῆσαι. ἀλλ᾽ οὐκ ἔτι δεῖ περί γε τούτου μηκύνειν, ἐν ἄλλοις ἐπιπλέον ὑπὲρ αὐτοῦ διειλεγμένους, ἀναλαβόντας δὲ τὰ προειρημένα διὰ κεφαλαίων ὑπὲρ ἁπάντων τῶν πυρετῶν ἐπελθεῖν.

Κεφ. ζ. Ὅτι μὲν δὴ τρία ἐστὶ τὰ πάντα αὐτῶν γένη δέδεικται δι᾽ ἑτέρων. ὁποία δέ τις ἑκάστου διάγνωσις ἐκ σφυγμῶν, ἐν τῷδε ῥητέον. οἱ μὲν ἐφήμεροι πάντες εἰς μέγεθος καὶ τάχος καὶ πυκνότητα τρέπουσι τοὺς σφυγμοὺς ὅσον (145) ἐφ᾽ ἑαυτοῖς. εἰ γὰρ ἐπιμιγνύοιτό τις ἄλλη διάθεσις, ἀνάγκη μικτὴν γενέσθαι τὴν τροπὴν, ἐξ ἐκείνης τε καὶ τῆς κατὰ τὸν λόγον τοῦ πυρετοῦ συνισταμένης. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἑκτικοὶ τῶν πυρετῶν εἰς τὰς αὐτὰς διαφορὰς ἀλλοιοῦσι τοὺς σφυγμοὺς ὅσον γ᾽ ἐφ᾽ ἑαυτοῖς, καὶ πλέον γ᾽ ἐπὶ τούτοις ἐξαλλάττεται τὸ τάχος. οἱ δὲ ἐπὶ σήψει χυμῶν ἐν μὲν ταῖς ἀκμαῖς ἀμφοτέρας ἔχουσι τὰς κινήσεις ταχείας, τήν τε τῆς

genes eſt, quae nec conceſſa eſt, nec uſitata, nec omnino fuit, aut poterit eſſe, intelligere oportet nos ſignificationem, ad illam quae propria eſt ex metaphoricis reverſos; quando ita nomen quidem audias, artem intelligas nullam. Verum quid ſermonem de his producam, quum alias diffuſius de his diſputaverim? At ſuperiora ſummatim repetamus, ac de omnibus febribus dicamus.

Cap. VII. Tria eſſe in ſumma genera illarum alio loco docuimus; quemadmodum vero quodque ex pulſibus dignoſcatur, declarabo hoc loco. Omnes diariae in magnitudinem, celeritatem crebritatemque pulſus, quantum in ipſis eſt, mutant; nam ſi concurrat alius affectus, mixtam oportebit eſſe mutationem ex illo et hoc qui comitatur febrem. Pari modo febres hecticae pulſus in easdem differentias convertunt, quantum in iis eſt, ampliusque in his mutatur celeritas. At quae ortae ſunt ex putredine humorum, in vigoribus utrumque habent motum celerem,

διαστολῆς καὶ τὴν τῆς συστολῆς. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰς πυκνότητας ἀμφοτέρας ὁμοίως ἀλλοιοῦσι, τήν τε κατὰ τὴν ἐκτὸς ἡσυχίαν γινομένην καὶ τὴν κατὰ τὴν ἐντὸς, ἐν δὲ ταῖς εἰσβολαῖς οὐχ ὁμοίως, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπιτείνουσι τῆς συστολῆς τὸ τάχος. ἐν δὲ ταῖς ἀναβάσεσι καὶ τοῦτο μὲν καὶ τὴν ἐκτὸς ἡσυχίαν ἐπιπλεῖστον συνεργοῦσιν, ὡς πυκνότατον φαίνεσθαι κατ᾽ αὐτὴν τὸν σφυγμόν. οὗτοι μόνοι πυρετῶν εἰσιν ἴδιοι σφυγμοὶ κατὰ τὸν ἑαυτῶν λόγον· οἱ δ᾽ ἄλλοι πάντες οἱ τοῖς πυρέσσουσι συμπίπτοντες ἄλλῃ τινὶ διαθέσει μᾶλλον ἢ τῇ τῶν πυρετῶν ἕπονται. δύο δ᾽ ἔστι γένη κἀκείνων τῶν διαθέσεων, ἤτοι τῆς δυνάμεως ἢ τῶν ὀργάνων ἡ κάκωσις. ἐδείχθη γὰρ ὡς εἰς τρία χρὴ βλέποντας ταῦτα ἐξευρίσκειν τὰς ἀλλαττούσας αἰτίας τὸν σφυγμὸν, ὄργανόν τε καὶ χρείαν καὶ δύναμιν. ἐπιδέδεικται γὰρ καὶ ὅσα καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν γένος, ἐξιστάμενον τοῦ κατὰ φύσιν, ἀναγκαῖόν ἐστι συμπίπτειν τοῖς σφυγμοῖς. οὔκουν ἔτι θαυμαστὸν εἰ διαφέρονταί τε πρὸς ἀλλήλους οἱ σοφοὶ ἰατροὶ περὶ τῶν ἰδίων τοῦ πυρετοῦ σφυγμῶν, ἁμαρτάνουσί τε πάντες, ἅτε μήτε τὰ γένη τῶν πυρετῶν διελόμενοι, τάς τε διὰ τὴν δύναμιν,

et diftentionis et contractionis, praeterea utramque crebritatem ex aequo mutant, quum externae quietis tum internae; in initio acceffionis non perinde, fed magis augent contractionis celeritatem; in incrementis quum hanc tum etiam externam quietem plurimum concitant, ut pulfus in illa creberrimus videatur. Habes pulfus, qui foli febrium per fe proprii funt; reliqui omnes, qui febricitantibus accidunt, alium potius affectum quam febres fequuntur. Quorum etiam affectuum funt duo genera, aut facultatis, aut inftrumentorum vitium; quippe ad caufas inveniendas, quae mutant pulfum, tria haec funt animadvertenda, inftrumentum, ufus et facultas; demonftravimus enim, quae ex fingulis horum generibus a natura recedentibus accidere pulfibus oporteat. Quo minus eft mirum, fi inter fefe praeclari ifti medici diffideant de febribus propriis pulfibus, errentque omnes, ut qui nec genera partiverint pulfuum, et

ἢ τὴν τῶν ὀργάνων κάκωσιν ἀλλοιώσεις τῶν σφυγμῶν αὐτῶν τῶν πυρετῶν ἰδίας εἶναι νομίζοντες, οἷον αὐτίκα παροξυσμῶν εἰσβαλόντων οἱ μὲν τοὺς πυκνούς τε καὶ μικροὺς, οἱ δὲ πρὸς τούτοις καὶ τοὺς ἀμυδροὺς, ἔνιοι δὲ καὶ τοὺς ἀνωμάλους, εἰσὶ δ᾽ οἳ καὶ τοὺς βραδεῖς, ὥσπερ ἄλλοι τοὺς ταχεῖς, ἔθεντο γνωρίσματα. καίτοι γ᾽ ἔνιοι τῶν πυρετῶν ἀθλίπτους, ὡς αὐτοὶ καλοῦσι, ποιοῦνται τὰς εἰσβολὰς, ἐφ᾽ ὧν εἰς μέγεθός τε καὶ τάχος ἡ πρώτη τροπὴ γίνεται τῶν σφυγμῶν, εἶτ᾽ ὀλίγον ὕστερον αὐξανομένοις τοῖσδε καὶ ἡ πυκνότης ἐπιγίνεται, τῶν δ᾽ ἄλλων σφυγμῶν τῶν εἰρημένων οὐδεὶς αὐτοῖς οὔτ᾽ ἀρχομένων τῶν παροξυσμῶν οὔτε αὐξανομένων οὔτε ἀκμα-[291]ζόντων ἐπιφαίνεται. ἀλλὰ τούτοις μὲν οὔτε ῥῖγος οὔτε φρίκη τις οὔτ᾽ ἀνωμαλία σαφὴς, ἀλλ᾽ οὐδὲ ψύξις ἄκρων, ἢ τῆς ἐκτὸς ἐπιφανείας, οὐδὲ δῆξις, ἢ βάρος, ἢ θλίψις στομάχου συνεισβάλλει. τοῖς πλείστοις δ᾽ ἤτοι ἕν τι τῶν εἰρημένων ἢ καὶ πλείω συνεδρεύει. καί τισιν αὐτῶν ὀλίγον ὕστερον ἔμετος ἐναργῶς ἐνδεικνύμενος, ὡς ἐκ τοῦ συῤῥεῖν εἰς τὴν γαστέρα μοχθηροὺς χυμοὺς, οἱ μὲν ἐδήχθησαν αὐτῶν, οἱ δὲ

profectas ex facultatis, vel instrumentorum vitio alterationes pulsuum arbitrentur proprias ipsis febribus esse; ut invadentis accessionis quidam crebros et parvos, alii ad haec languidos, jam nonnulli etiam inaequales, sunt qui tardos etiam, contra alii celeres, posuerunt indicia. Tametsi quaedam febres incompressas, ut isti vocant, invasiones faciunt, in quibus pulsuum prima mutatio in magnitudinem et celeritatem fit, mox his succedit augescentibus crebritas; reliquorum pulsuum quos memoravi in illis nullus apparet, nec initio accessionum, nec in incremento, nec vigore. Verum hos nec rigor, nec horror, nec fere ulla inaequalitas, quin ne frigus quidem partium extremarum, vel superficiei externae, nec vellicatio, aut gravitas, aut compressio stomachi una incessit; plerosque vero vel unum de his, vel plura comitantur; nonnullos paulo post vomitus, qui aperte declarat, ex eo quod in ventriculum vitiosi succi confluxerunt, quosdam illorum vellicatos esse, alios

ἐθλίφθησαν, οἱ δ᾽ ἀσώδεις ἐγένοντο. προφανέστατα γὰρ ἐπὶ τῶν πλείστων ἀρχῶν ἀποχωρεῖ μὲν ἁπάσης τῆς ἐκτὸς ἐπιφανείας τὸ αἷμα, συῤῥεῖ δ᾽ εἰς τὰ σπλάγχνα, κἀκ τούτου θλίψεις τε καὶ σφηνώσεις, ἐμφράξεις τε καὶ διατάσεις ἀρτηριῶν γίνονται κυρίων, ἐφ᾽ αἷς οἱ ἀνώμαλοι σφυγμοὶ ταῖς εἰσβολαῖς τῶν τοιούτων παροξυσμῶν συνεδρεύουσιν, ὥσπερ αὖ πάλιν οἱ ἀμυδροὶ διὰ τὴν τοῦ στομάχου τε καὶ τῆς δυνάμεως κάκωσιν. οὕτως δὲ καὶ οἱ μικροὶ διά τε τὴν ἀῤῥωστίαν γίνονται τῆς δυνάμεως καὶ διὰ τὴν ψύξιν, ὥσπερ γε καὶ οἱ βραδεῖς ἐπὶ ταῖς ἰσχυραῖς ψύξεσιν. ἀλλὰ τούτων γε οὐδεὶς ὁμοίως τῇ διαστολῇ τὴν συστολὴν ἐποιήσατο βραδεῖαν, ἀλλ᾽ ἔστιν ἀχώριστόν τε καὶ ἰδιώτατον εἰσβολαῖς πυρετοῦ ἐπὶ σήψει χυμῶν ἡ συστολὴ τῆς ἀρτηρίας ὠκυτέρα γινομένη. καὶ ὅστις ἤσκηται γινώσκειν συστολὴν ἀχώριστον ἀρχῆς παροξυσμοῦ τοῦθ᾽ ἕξει τὸ σημεῖον, ὅταν, ὡς εἴρηται πολλάκις, ὁ σφυγμὸς ἔχῃ τινὰ τόνον. ἐδείχθη γὰρ ἐπὶ τῶν ἀμυδρῶν ἀδιάγνωστος ἡ συστολή. τοῦτ᾽ οὖν ἀσκητέον ἐν τοῖς μάλιστα τὸν ἀκριβῶς βουλόμενον ἀρχὴν γνωρίζειν παροξυσμοῦ. ὅπως δ᾽ ἄν τις

compreſſos, aliquos nauſeaſſe. Clariſſime enim recedit in plerisque initiis de tota ſuperficie externa ſanguis, confluitque in viſcera, unde compreſſiones et obſtructiones fiunt, diſtentionesque arteriarum praecipuarum, propter quas initiis talium acceſſionum conjuncti ſunt pulſus inaequales; quemadmodum etiam languidi ob ſtomachum et facultatem affectam. Ad hunc modum fiunt et parvi ob imbecillitatem facultatis, et ob frigiditatem, et jam tardi quoque ex ingenti frigiditate. Verum contractionem perinde ac distentionem nullus horum tardam fecit; ſed hoc perpetuum eſt et prae caeteris proprium invaſioni febris ex putredine humorum ortae, ut arteriae contractio efficiatur celerior. Et ſi quis in cognoſcenda contractione eſt exercitatus, perpetuum hoc et conſtans initii acceſſionis ſignum habebit, ubi contentione aliqua, ut frequenter admonuimus, pulſus praeditus ſit, nam in languidis contractionem docuimus dignoſci non poſſe. Hoc igitur etiam atque etiam exercitandum tibi eſt, ſiquidem cognoſcere ad unguem velis initium

ὑπάρξοιτο τῆς ἀσκήσεως, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν ἐπὶ πλεῖστον εἴρηται· τοῦτο τὸ σημεῖον ἀψευδέστατόν ἐστι, καὶ χρὴ θαῤῥεῖν αὐτῷ μάλιστα κατὰ τὰς διαγνώσεις ἐναργῶς φανέντι. ἐγωγ᾽ οὖν ἐπὶ πολλῶν πολλάκις, ὧν οὐδεπώποτε πρόσθεν ἡψάμην τῶν σφυγμῶν, οὔθ᾽ ὑγιαινόντων οὔτε νοσούντων, τούτῳ τῷ σημείῳ μόνῳ πιστεύσας ἥμαρτον οὐδέποτε. ταῖς μὲν γὰρ ἄλλαις ἁπάσαις, εἴτ᾽ οὖν ψύξις εἴη ὅλου τοῦ σώματος, εἴτε καὶ τοῦ στόματος τῆς γαστρὸς, ὃ καταχρώμενοι στόμαχον ὀνομάζομεν, εἴτ᾽ εἰς τὸ βάθος ῥοπαὶ τοῦ αἵματος, ἤτοι διὰ λύπην, ἢ φόβον, ἢ δι᾽ ἄλλην τινὰ αἰτίαν γιγνόμεναι, παραπλήσιός ἐστιν ἡ βραδύτης τοῦ σφυγμοῦ διαστελλομένης τε καὶ συστελλομένης τῆς ἀρτηρίας, εὐθὺς δ᾽ αὐτῇ σύνεστι καὶ ἡ ἀραιότης κατ᾽ ἄμφω τὰς ἡσυχίας. μόναις δὲ ταῖς πυρεκτικαῖς εἰσβολαῖς, κἂν ἡ διαστολή ποτε γένηται βραδυτέρα τῆς ἔμπροσθεν, ἀλλ᾽ ἥ γε συστολὴ τάχος προσκτᾶται. συναιρεῖται δέ τι καὶ τῆς ἐκτὸς ἡσυχίας, ὡς πυκνότερον ἐνταῦθα γίνεσθαι τὸν σφυγμὸν, οὐ μὴν κατά γε τὴν ἐντὸς, ἀλλ᾽ ἤτοι τῷ πρόσθεν ὡσαύτως, ἢ βραχεῖ τινι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἀραιότερος φαίνεται.

accessionis. Quemadmodum autem ingredienda ea sit exercitatio, copiosissime in libris De dignoscendis pulsibus declaravimus. Certissimum est hoc signum, illique maxime est fidendum aperte ad dignotiones conspicuo. Equidem in multis, quorum antea pulsum nunquam tetigeram, nec per sanitatem nec per morbum, hoc fretus uno signo nunquam sum lapsus. Nam caeteris quidem omnibus, sive frigescat totum corpus, sive os ventriculi, quem per abusum vocamus stomachum, sive deferatur sanguis in profundum, vel ex moerore, vel metu, vel alia de causa, similis tarditas est pulsus et in arteriae distentione et contractione. Jam ei etiam conjuncta est in utraque quiete raritas; in solis vero invasionibus febrium ut distentio interim tardior fiat priore, certe contractio celeritatem nanciscitur. Ad haec restringit externas quietes, ut hic pulsus crebrior evadat; at non in internas; sed vel perinde ut in priore, vel paulo rarior id

παραβάλλειν δὲ δηλονότι χρὴ τὴν ἔμπροσθεν ἡσυχίαν ὡς πρὸς τὴν ἁφὴν τῇ νῦν φαινομένῃ, μεμνημένον μὲν ὅτι σύνθετός ἐστιν ἔκ τε τοῦ πέρατος τῆς συστολῆς καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς διαστολῆς καὶ τῆς μεταξὺ τούτων ἠρεμίας, ἐκλογιζόμενον δ' ὅσον ἑκατέρωθεν αὐτῇ προσῆλθεν, ἐκ τοῦ μὴ φαινομένου μορίου τῶν κινήσεων, αὐτὸ δὲ δὴ τοῦτο πάλιν ἐκλογίζεσθαι τῷ τόνῳ παραμετροῦντα. εἰ μὲν γὰρ ὡσαύτως ἔχει τόνου νῦν τε καὶ πρόσθεν ὁ σφυγμὸς, εἰς ὅσον ἂν ὁ χρόνος τῆς αἰσθητῆς ἡσυχίας γένηται μακρότερος εἰς τοσοῦτο καὶ καὶ τὴν ὄντως ἡσυχίαν ἡγεῖσθαι μεμηκύνθαι. εἰ δ' ἀμυδρότερος ἢ πρόσθεν γένοιτο, λογίζεσθαί τι καὶ διὰ τοῦτ' ἀποκεκρύφθαι τῶν κινήσεων, ὅπερ ὑφαιρεῖν χρὴ τῆς αἰσθητῆς ἡσυχίας εἰς τὴν τῆς ὄντως εὕρεσιν. εἰ γὰρ ὀλίγῳ μέν τινι τοῦ πρόσθεν ὁ σφυγμὸς ἀτονώτερος γένηται, πολλῷ δὲ ἀραιότερος, ἡγητέον ἐκτετάσθαι τὴν ὄντως ἡσυχίαν. εἰ δ' ἀτονώτερος μὲν πολλῷ, βραχεῖ δ' ἀραιότερος ὡς πρὸς τὴν αἰσθητὴν διάγνωσιν, οὐκέτι καὶ τὴν ὄντως ἡσυχίαν τὴν ἔνδον ἡγητέον ἐκτετάσθαι. [292] κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον εἰ τοῦ σφυγμοῦ βραχεῖαν ἀτονίαν προσλαβόντος, ἀξιολόγως τινὶ

temporis videtur. Comparanda vero eſt prior quies quantum ad tactum praeſenti; hocque memoria tenendum, conflatam eſſe eam ex fine contractionis et initio diſtentionis, atque ex interpoſita inter has quiete; tum expendendum, quantum utrinque ei ex parte motuum deliteſcente acceſſit, id quod exponendum eſt comparando cum contentione. Nam ſi aeque pulſus contentus nunc ſit ac ante fuit, quanto tempus ſenſibilis quietis longius fiat, tantum etiam eſt putandum eſſe revera protractam quietem, ſi languidior quam prius effectus eſt, arbitrandum eſt et ob hoc partem abſconditam eſſe motuum, quae quieti, quam ſentimus, ad veram inveniendam detrahenda eſt. Nam ſi paulo pulſus quam ante languidior appareat, multo autem rarior, veram quietem puta eſſe productam, ſin multo remiſſior et rarior paulo, ut ſenſus judicat, minime cenſebis protenſam eſſe veram quietem. Eodem modo, ſi quum parvam remiſſionem aſſequutus pulſus eſt, inſigniter tibi crebritas videatur

φαίνοντο τὰ τῆς πυκνότητος ἐπιτετάσθαι, συναιρεῖσθαι λογιστέον τὴν ὄντως ἡσυχίαν. ἐφ' ὧν μὲν οὖν ἀμυδρότερος ὁ σφυγμὸς ἐγένετο κατὰ τὸν τῆς διαγνώσεως καιρὸν, ὡς εἴρηται, λογιστέον. ἐφ' ὧν δ' ὡσαύτως ἔχει τόνου, σαφεστάτη διάγνωσις ἐπὶ τούτων ἐστὶ καὶ τῆς ἐντὸς ἡσυχίας, ὡς λέλεκται, σκοπουμένοις. ὅταν οὖν ποθ' ὁ σφυγμὸς ἄτρεπτος μὲν ὢν τἄλλα θάττων γένηται κατὰ τὴν συστολὴν, ἀρχῆς παροξυσμοῦ σημεῖον ἀχώριστον τίθεσο. γίγνεται δ' εὐθὺς τοιοῦτος σφυγμὸς καὶ πυκνότερος κατὰ τὴν ἐκτὸς ἡσυχίαν, ἐπειγομένης τῆς φύσεως ἀποτρίψασθαι τὸ καπνῶδες περίττωμα, διὸ θᾶττον συνεστέλλετο. κατὰ μὲν (146) οὖν τὴν πρώτην ἀρχὴν τῆς γενέσεως αὐτοῦ τῷ τάχει τῆς συστολῆς μόνον ὁ σφυγμὸς παραλλάττων φαίνεται τοῦ πρόσθεν, ὀλίγῳ δ' ὕστερον καὶ πυκνοῦσθαι κατὰ τὴν ἐκτὸς ἠρεμίαν, πρωϊαίτερον ἀρχομένης συστέλλεσθαί τῆς ἀρτηρίας. τοῖς δ' ἐφημέροις πυρετοῖς οὐχ ὑπάρχει τοῦτο, διὰ τὸ χωρὶς σήψεως γίγνεσθαι χυμῶν. οὐ μὴν οὐδὲ τοῖς ἑκτικοῖς, ὅτι μηδὲ ἄρχονταί ποτε, πλὴν εἰ συνέλθοι κατὰ τύχην ἑτέρα τις διάθεσις αὐτοῖς, ὥστ' ἐφ' ὧν ζητεῖται μάλιστα πυρετῶν ἡ ἀρχὴ τῶν παροξυσμῶν,

aucta, contractam arbitrare veram quietem. Itaque in quibus languidior pulſus eſt factus, tempore, quo exploramus, animadvertendum eſt; in quibus vero pari eſt contentione, in his facile, uti diximus, ſi animum advertas, interna quies dignoſcitur. Proinde quum nihil pulſus variet niſi in contractione ſit celerior, id habe initii acceſſionis ſignum perpetuum; ſimulque ſit hic pulſus in externa quiete crebrior, natura incumbente ad excrementum fumoſum propulſandum, quamobrem celerius contrahebatur. Ac ſic quidem celeritate tantum contractionis, quum primum id generatur, variare a priore pulſus videtur; paulo poſt etiam fieri creber in externa quiete, quod citius arteria conſidere incipiat. At diariae febres non habent hoc, quod ſine humorum putredine ſiant, nec jam etiam hecticae, quod niſi alter cum iis affectus caſu coëat, ne incipiant quidem unquam. Ita in quibus praeſertim febribus quaeritur acceſſionum initium,

ἔχειν ἡμᾶς δεῖ διαρκὲς τὸ σημεῖον. εἰ δὲ κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν ἄρτι μεταπίπτοντος ἐξ ὑγείας εἰς νόσον ἀνθρώπου τινὸς ἁπτοίμεθα τῶν σφυγμῶν, εὐθὺς καὶ τὸ γένος ἡμῖν ἐνδείξεται τοῦ πυρετοῦ τὸ σημεῖον τοῦτο, συνεισβάλλων γὰρ τῷ παροξυσμῷ τῶν ἐπὶ σήψει τινὶ χυμῶν τὸν πυρετὸν εἶναί φησιν. ἐδείχθησαν δ' ἐν ταῖς τῶν πυρετῶν διαφοραῖς ἐκ ταὐτοῦ γένους ὄντες τῷδε καὶ οἱ ἐπὶ ταῖς φλεγμοναῖς. ἀλλὰ διοριστέον αὐτοὺς τῶν ἐπὶ σήψει χυμῶν μόνῃ τῇ σκληρότητι. σκληρὰ γὰρ ἡ προσβολὴ τῶν ἐπὶ φλεγμοναῖς. εἰ μὲν οὖν διαγινώσκειν δύναιο τὴν ἐπὶ τάσει τῆς ἀρτηρίας σκληρὰν προσβολὴν τῆς ἐπὶ ψύξει τε καὶ σκληρότητι, τρεῖς ἕξεις ἐκ τούτου προγνώσεις αἰτίων προγεγονότων, ποτὸν ψυχρὸν, οἶνον ἀκρατέστερον, φλεγμονὴν, ἣν οὐ μόνον ἔμπροσθεν τοῦ παροξυσμοῦ γεγονὸς αἴτιον, ἀλλὰ καὶ παραμένον ἐροῦμεν. τὴν δὲ τοῦ ψυχροῦ τε καὶ τοῦ πλέονος ἀκράτου πόσιν, αὐτὴν μὲν προγεγονέναι, τὴν δ' ἀπ' αὐτῆς διάθεσιν ἔτι φυλάττεσθαι. σκληρύνονται μὲν οὖν ἐπὶ ταῖς βλαψάσαις ψυχροποσίαις οἱ χιτῶνες τῶν ἀρτηριῶν, ἐξήρανται δὲ ἐπὶ ταῖς τοῦ πλείονος

tenere nos hoc infeparabile fignum debemus. Quod fi primo die quum recens de fanitate homo in morbum incidit, pulfum tangamus, ftatim nobis genus etiam febris hoc fignum ante oculos proponet, una enim invadere cum febrium acceffione, quae putredinis alicujus humorum comites fint perhibent. Jam in differentiis febrium docuimus in eodem genere, quo hunc, pulfus effe, qui ab inflammatione excitantur, fed a pulfibus ab humorum putredine concitatis hi fola duritie difcernentur, fiquidem pulfuum ortorum ex inflammationibus durus eft occurfus. Quare fi durum occurfum, quem efficit contentio arteriae, discernere ab eo vales, quem generat frigiditas et durities, tres praedicere hinc caufas praeteritas poteris, potum frigidae, meracius vinum, inflammationem; quam non folum ante caufam fuiffe acceffionis; fed permanere etiam dicimus; frigidae atque largioris meri potum antecefliffe eum quidem, fed quem concitavit, affectum adhuc durare. Ac indurefcunt quidem ex nocuis frigidae potionibus arteriarum tunicae, et

Ed. Chart. VIII. [292.] Ed. Baf. III. (146.)

οἴνου πόσεσιν. εἰ δὲ καὶ τῆς τῶν νεύρων ἀρχῆς ὁ οἶνος ἅψαιτο, καὶ τείνονται παραπλήσιον τοῖς προδηλοῦσι τὸν σπασμόν. ἐπὶ δὲ ταῖς φλεγμοναῖς ἄνευ τῆς τοῦ χιτῶνος οἰκείας σκληρότητος τείνονται, καὶ καλεῖται μὲν καὶ τότε σκληρὸς ὁ σφυγμὸς διὰ τὸ τῆς πληγῆς βίαιον, οὐ μὴν ἐσκλήρυνταί γε κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον ἡ ἀρτηρία, καθάπερ ὅταν ἤτοι ξηρανθῇ πως, ἢ ψυχθῇ βίαιον, ἢ οἷον σκιῤῥώδη τινὰ δέξηται διάθεσιν. ταυτὶ μὲν οὕτω διωρίσθω. τοὺς δ᾽ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν μηδόλως ἔχοντας τὸ λελεγμένον γνώρισμα, τῶν μὲν ἐπὶ σήψει χυμῶν ἀφοριστέον ἐστὶν, ἤτοι δ᾽ ἐφημέρους νομιστέον ἢ ἑκτικούς. σπανιώτατα μὲν οὖν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς συνίσταται πυρετὸς ἑκτικὸς, οὐ μὴν ἀδύνατός γε οὐδ᾽ ἡ τοιαύτη γένεσις αὐτοῦ, ἀλλ᾽ ὤφθησάν που ἡμῖν καὶ οἱ τοιοῦτοι. τὰ μὲν οὖν ἄλλα πάντ᾽ αὐτῶν γνωρίσματα δι᾽ ἑτέρας εἴρηται πραγματείας, ἐν ᾗ περὶ τῆς τῶν πυρετῶν διαφορᾶς ἐσκοπούμεθα· τὰ δὲ ἀπὸ τῶν σφυγμῶν εἰρήσεται νῦν, οὔθ᾽ ὁ μέγας οὔθ᾽ ὁ σφοδρὸς [μὴ σκληρὸς] σφυγμὸς ἅμα τοῖς ἑκτικοῖς ποτε συνεισβάλλουσι πυρετοῖς, ἀλλ᾽ ὅτι περ ἂν ὑπάρχῃ

a vino immodice poto deficcantur, nam fi nervorum fimul principium laedat vinum, etiam intenduntur non aliter atque illae, quae convulfionem praenunciant. In inflammationibus vero absque propria tunicae duritie tenduntur, vocaturque pulfus tum etiam durus ob vim ictus; non induruit tamen per fe arteria, quomodo quum vel deficcata fit aliqua ratione, vel magnopere perfrigerata, vel affectum comparaverit fcirrhofum. Atque haec quidem fic diftinguo. Quae primo die nequaquam obtinent iftud fignum, a febribus putridis feparabis, ac vel diarias cenfebis, vel hecticas. At febris hectica rariffima a primo exiftit, quin tamen id temporis poffit nafci, nihil caufae eft, fed vidimus etiam nonnunquam tales. Reliqua harum omnia figna alio in opere explicata funt, ubi de differentiis febrium tractavimus. Quae vero pulfus fuppeditant, nunc perfequemur. Nec magnus pulfus, nec vehemens cum hecticis febribus unquam concurrunt, fed fi alterutrum habeant horum, non funt

Ed. Chart. VIII. [292. 293] Ed. Baf. III. (146.)
τούτων αὐτοῖς, οὐκ εἰσὶν ἑκτικοί. εἰ δὲ καὶ πάνθ᾽ ἅμα παρείη, προφανῶς εἰσιν ἐφήμεροι, τῆς γε συστολῆς αὐτῶν, ὡς εἴρηται, μὴ ταχυνούσης, ἴδιον γὰρ ἐκείνης τὸ τάχος ἐστὶν ἐπὶ σήψει χυμῶν, ὧν τὰς κατὰ μέρος ἁπάσας διαφορὰς ἐν τῇ προειρημένῃ πραγματείᾳ διῆλθον. εἰσὶ δ᾽ ὡς ἐπὶ κεφαλαίων φάναι πάντες μὲν οἱ κατὰ περιόδους παρο[293]ξυνόμενοι, πάντες δ᾽ οἱ συνεχεῖς, ὅταν ὑπὲρ τὴν τρίτην ἡμέραν ἐκταθῶσιν. ἐκ ταὐτοῦ δὲ αὐτοῖς εἰσι γένους καὶ οἱ ταῖς φλεγμοναῖς ἐπιγινόμενοι. κατὰ μὲν οὖν τὰς παρακμὰς ἐκλύεται τὸ τάχος τῆς συστολῆς, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν εἰς ἀπυρεξίαν, ἢ ἐγγὺς αὐτῆς ἀφίκωνται, κατὰ δὲ τὰς ἀρχὰς τῶν παροξυσμῶν γεννᾶται, τυφομένων τρόπον τινὰ τῶν χυμῶν, ἐπιτείνεται δὲ κατὰ τὰς ἀναβάσεις. ἐγγὺς δ᾽ ἤδη τῆς ἀκμῆς ἐξημμένων τε τῶν χυμῶν καὶ ζεόντων ἀθρόαν μὲν αὔξην τὸ τάχος τῆς διαστολῆς λαμβάνει, διαμένει δὲ ἴσον ἑαυτῷ τὸ τάχος τῆς συστολῆς. ὅταν δ᾽ ἀκμάσῃ τελέως ὁ πυρετὸς, εἰς ἄκρον μὲν ἥκει τοῦ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν παροξυσμὸν τάχους ἡ διαστολὴ, μειοῦται δὲ τὸ τάχος τῆς συστολῆς. οἱ μὲν οὖν

hecticae; fi fimul utrumque habeant, plane funt diariae, fi quidem eorum contractio, quemadmodum diximus, non properet. Propria enim eft ejus, quae confequitur putredinem humorum, celeritas; cujus fingulas differentias in commentariis, quorum memini, fum perfecutus. Hae funt, ut fummatim commemorem, omnes quae per circuitus incandefcunt, atque omnes continuae, ubi tertium diem fuperent. Ejusdem generis funt quae inflammationes comitantur. Ac in declinationibus celeritas contractionis diffolvitur, praefertim quum ad integritatem, aut prope eam pervenerint; initio acceffionum generatur, quum aliqua ratione humores intendantur; ac per incrementum augetur, ubi prope jam attigerint vigorem, fuccenfis humoribus; fervefcentibusque ingens incrementum fufcipit diftentionis celeritas, contractionis permanet par celeritas; ubi jam viget plane febris, in illa acceffione ad fummam celeritatem distentio pervenit, et minuitur celeritas contractionis. Verum

Ed. Chart. VIII. [293.] Ed. Baf. III. (146.)

πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν, καὶ μάλισθ᾽ ὅσοι τὴν συστολὴν ἀδιάγνωστον αἰσθήσει φασὶν ὑπάρχειν, οὐδ᾽ ἐγγὺς ἥκουσι τοῦ λελεγμένου σημείου, τῶν τε ἐπὶ σήψει χυμῶν ἁπάντων πυρετῶν τῆς τε καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν παροξυσμὸν ἀρχῆς. ὀλίγιστοι δέ τινες ἀμυδρὰν εἰκόνα τοῦ πράγματος ἐοίκασιν ἑωρακέναι. γράφουσι γοῦν ἀδιορίστως τε καὶ ἀσαφῶς εἰς τοσοῦτον ὡς μηδ᾽ εἰκάσαι μηδένα τί ποτε βούλονται δηλοῦν. ἐξ αὐτῶν ἐστι καὶ ὁ Ἀρχιγένης, ὡς ἔνεστι γνῶναι τῷ βουληθέντι τό τε περὶ σφυγμῶν αὐτοῦ βιβλίον ἀναγνῶναι καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν πυρετῶν σημειώσεως, ἢ τὴν γ᾽ ἐπιτομὴν αὐτῶν. ἐπεσκέμμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς ἅμα ταῖς τῶν ἀσαφῶν ἐξηγήσεσιν ἐν ὑπομνήμασιν ὀκτὼ τὴν περὶ τῶν σφυγμῶν αὐτοῦ πραγματείαν. ἄριστα δέ μοι δοκοῦσιν ἀποφήνασθαί τινες, εἰ προσθείημεν αὐτῷ τῷ λόγῳ διορισμόν τινα, τὴν ἐφ᾽ ἑκάτερα μεταβολὴν τῶν σφυγμῶν, ἀρχῆς παροξυσμοῦ σημεῖον ὑπάρχειν. ὃν δέ φημι χρῆναι προσθεῖναι διορισμὸν, ἔστιν εἰ χωρὶς ἑτέρας προφάσεως ἡ ἀλλοίωσις γένοιτο. προφάσεις δ᾽ ἔνιαι μὲν ἔξωθέν εἰσιν, οὐ μόνοις τοῖς ἰατροῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς

Cap. II. Quum igitur in unaquaque parte quatuor a nobis conſcripti ſint libri, ita ut univerſi ſint ſedecim; nunc, ut dicebam, in hoc ſynopſin ipſorum faciam, initio ſumto a prima parte, quae eſt de differentia. In qua praepoſitum eſt prooemium, quod oſtendit melius eſſe rebus ipſis mentem adhibere, neglectis nominibus; id quod non in hac tantum tractatione, ſed etiam in aliis omnibus faciendum cenſeo. Qui enim rei ſubſtantia differentias, quae in ipſa ſunt, methodo invenit, ſcientiam hic habet firmam rem quampiam nec praetermiſſam eſſe, nec ſuperflue dictam. Iis autem qui a nominibus initium capiunt incertum eſt utrum aliqua praetermiſſa ſit, an ſuperflue addita. Saepe enim unum nomen plures res ſignificat; ſaepe vero una res plures habet appellationes; nonnullae autem nullo prorſus modo nominatae ſunt a principio, quod vel non cognitae fuerint ſuperioribus, vel paucis omnino cognitae. Periculum ergo eſt in iis quae aequivoce dicuntur, ne aliqua res ſit praetermiſſa, in multivocis vero, ne nominum multitudini rerum numerus aequalis eſſe videa-

Ed. Chart. VIII. [309. 310.]

δὲ τὰ πολυώνυμα τῷ πλήθει τῶν ὀνομάτων ἴσον εἶναι τὸ πρᾶγμα. καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἀρχὴν ἐάσαντας ἄμεινόν ἐστιν ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἀρξαμένους ἐπὶ τὴν ζήτησιν ἔρχεσθαι τοῦ πλήθους τῶν ἐν αὐτῷ διαφορῶν.

Κεφ. γ΄. Ἔστι δὴ τοῦ προκειμένου πράγματος οὐσία κοίλου καὶ προμήκους σώματος αἰσθητὴ διαστολή τε καὶ συστολή. τὸ μὲν οὖν κοῖλον σῶμα τοῦτο καλεῖται πρὸς τῶν ἰατρῶν ἀρτηρία, τὴν δ᾽ εἰρημένην αὐτοῦ κίνησιν ὀνομάζουσι σφυγμὸν οὐκ ἰατροὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντες ἄνθρωποι. καὶ εἰ μὴ τοῦτο καλεῖν ἐθέλοι τις σφυγμὸν, οὐδὲν ἂν εἴη πρὸς ἡμᾶς· οὐ γὰρ ὑπὲρ ὀνομάτων ἀμφισβητήσοντες ἥκομεν, ἀλλ᾽ ὅπως ἄν τις ἐκ τῆς τῶν ἀρτηριῶν αἰσθητῆς κινήσεως προγινώσκοι τὰ μέλλοντα. εἴτ᾽ οὖν σφυγμὸν εἴτε παλμὸν εἴθ᾽ ὁτιοῦν ἄλλο καλεῖν ἐθέλει τις τὴν κίνησιν αὐτῶν, οὐ διοίσει, τῆς προγνώσεως ἐξ αὐτῆς γινομένης ὀρθῶς, ἐφ᾽ ἣν ἐσπεύδομεν ἐξαρχῆς. τίνα τοίνυν ἐστὶ τὰ τῇ κινήσει τῶν ἀρτηριῶν ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχοντα, πρῶτον ἐπισκέψασθαι δεήσει·

tur; in quibus autem nomen eſt, ne res quidem ipſa non ſit. Et ob id praetermiſſo eo, quod a nominibus capitur, principio melius eſt ut ab ipſa re auspicati ad inquiſitionem accedamus multitudinis differentiam, quae in ipſa ſunt.

Cap. III. [310] Eſt ſane propoſitae rei ſubſtantia, cavi et prolixi corporis, ſenſibilis tum diaſtole tum ſyſtole. Ac cavum quidem hoc corpus vocatur a medicis arteria. Praedictam autem ipſius motionem vocant pulſum non medici ſolum, ſed etiam univerſi homines, et niſi hoc quis pulſum vocare voluerit, nihil utique ad nos pertineat Non enim de nominibus altercaturi venimus: ſed quo modo quis ex ſenſibili arteriarum motione futura praecognoscat. Sive ergo pulſum, ſive palpitationem, ſive quodcunque aliud vocare quis motionem ipſarum voluerit, nihil refert, dummodo praecognitio recte ex ipſa fiat, ad quam a principio properamus. Quaenam igitur ſunt, quae motioni arteriarum ex neceſſitate inſunt, primum conſide-

Ed. Chart. VIII. [310.]
κἄπειθ᾽ ἑξῆς εἴ τι τῶν ἄλλων προσέρχεται τῶν οὐκ ἐξ ἀνάγκης. ὑπάρχει δὴ τῇ κινήσει τῶν ἀρτηριῶν κατὰ τὸν ἴδιον αὐτῆς λόγον δύο τὰ πρῶτα, διάστημά τε καθ᾽ ὃ φέρεται τὸ κινούμενον καὶ χρόνος ἐν ᾧ κινεῖται. τὸ μὲν οὖν διάστημα τῆς κινήσεως ἐπειδὴ κατά τε τὸ μῆκος καὶ πλάτος καὶ βάθος τῆς ἀρτηρίας γίνεται, τρεῖς ποιήσει τὰς ἁπλᾶς τε καὶ πρώτας διαφοράς· μίαν μὲν κατὰ τὸ μῆκος, ἑτέραν δὲ κατὰ τὸ πλάτος, καὶ τρίτην κατὰ τὸ βάθος ἢ ὕψος· ἑκατέρως γὰρ ὀνομάζεται. ἐὰν μὲν οὖν τοῦ κατὰ φύσιν ὁ νῦν φαινόμενος σφυγμὸς εἰς ὕψος ἀνίῃ πλεῖον, ὑψηλὸς κληθήσεται· καθάπερ γε κἂν εἰς πλάτος ἐκτείνηται μᾶλλον τοῦ κατὰ φύσιν, πλατύς· οὕτω δὲ καὶ ἐὰν κατὰ μῆκος πλεῖον τοῦ κατὰ φύσιν ὑποπίπτῃ τοῖς ἁπτομένοις, μακρός. εὔδηλοι δὲ καὶ οἱ ἐναντίοι τούτοις ὁ ταπεινὸς καὶ στενὸς καὶ βραχύς. ὁ δὲ καθ᾽ ἑκάστην τῶν τριῶν καταστάσεων κατὰ φύσιν ἔχων σφυγμὸς σύμμετρος ὀνομασθήσεται καὶ κατ᾽ ἐκείνην τὴν διάστασιν. ἀνάγκη τοίνυν

rare oportebit; postea si quid ex aliis, quae non ex necessitate insunt, accedit. Insunt sane motioni arteriarum secundum propriam ipsius rationem duo haec prima, spatium dico per quod fertur id quod movetur et tempus in quo movetur. Ac spatium quidem motionis, quoniam secundum longitudinem et latitudinem et profunditatem fit, tres faciet simplices ac primas differentias, unam secundum longitudinem, alteram secundum latitndinem et tertiam secundum profunditatem seu altitudinem; utroque enim modo nominatur. Si ergo pulsus, qui nunc apparet, in altitudinem adscendat majorem quam sit secundum naturam, altus vocabitur; quemadmodum sane quum in latitudinem majorem extenditur quam sit secundum naturam, latus: ita vero in longitudinem majorem quam sit secundum naturam, tangentibus subjiciatur longus. Manifesti etiam sunt et qui his contrarii, humilis et angustus et brevis. Qui vero secundum unamquamque trium dimensionum secundum naturam se habet pulsus, moderatus vocabitur secundum illam dimensionem. Necesse ergo est uni-

Ed. Chart. VIII. [310.]
εἶναι τὰς πάσας διαφορὰς τῶν σφυγμῶν ἑπτὰ καὶ εἴκοσι τὰς ὑπογεγραμμένας.

	μῆκος	πλάτος	βάθος	
α΄	μακρὸς	πλατὺς	ὑψηλὸς	μέγας
β΄	μακρὸς	πλατὺς	σύμμετρος	
γ΄	μακρὸς	πλατὺς	ταπεινὸς	
δ΄	μακρὸς	σύμμετρος	ὑψηλὸς	
ε΄	μακρὸς	σύμμετρος	σύμμετρος	
ς΄	μακρὸς	σύμμετρος	ταπεινὸς	
ζ΄	μακρὸς	στενὸς	ὑψηλὸς	
η΄	μακρὸς	στενὸς	σύμμετρος	
θ΄	μακρὸς	στενος	ταπεινὸς	
ι΄	σύμμετρος	πλατὺς	ὑψηλὸς	
ια΄	σύμμετρος	πλατὺς	σύμμετρος	
ιβ΄	σύμμετρος	πλατὺς	ταπεινὸς	

verſas pulſuum differentias ſeptem et viginti eſſe, quae ſcilicet ſubſcriptae ſunt.

	Longitudo.	*Latitudo.*	*Profunditas.*	
1.	Longus	Latus	Altus	Magnus
2.	Longus	Latus	Moderatus	
3.	Longus	Latus	Humilis	
4.	Longus	Moderatus	Altus	
5.	Longus	Moderatus	Moderatus	
6.	Longus	Moderatus	Humilis	
7.	Longus	Anguſtus	Altus	
8.	Longus	Anguſtus	Moderatus	
9.	Longus	Anguſtus	Humilis	
10.	Moderatus	Latus	Altus	
11.	Moderatus	Latus	Moderatus	
12.	Moderatus	Latus	Humilis	

Ed. Chart. VIII. [310.]

	μῆκος	πλάτος	βάθος	
ιγ′	σύμμετρος	σύμμετρος	ὑψηλὸς	
ιδ′	σύμμετρος	σύμμετρος	σύμμετρος	
ιε′	σύμμετρος	σύμμετρος	ταπεινὸς	
ιϛ′	σύμμετρος	στενὸς	ὑψηλὸς	
ιζ′	σύμμετρος	στενὸς	σύμμετρος	
ιη′	σύμμετρος	στενὸς	ταπεινὸς	
ιθ′	βραχὺς	πλατὺς	ὑψηλὸς	
κ′	βραχὺς	πλατὺς	σύμμετρος	
κα′	βραχὺς	πλατὺς	ταπεινὸς	
κβ′	βραχὺς	σύμμετρος	ὑψηλὸς	
κγ′	βραχὺς	σύμμετρος	σύμμετρος	
κδ′	βραχὺς	σύμμετρος	ταπεινὸς	
κε′	βραχὺς	στενὸς	ὑψηλὸς	
κϛ′	βραχὺς	στενὸς	σύμμετρος	
κζ′	βραχὺς	στενος	ταπεινὸς	μικρός.

	Longitudo.	*Latitudo.*	*Profunditas.*	
13.	Moderatus	Moderatus	Altus	
14.	Moderatus	Moderatus	Moderatus	
15.	Moderatus	Moderatus	Humilis	
16.	Moderatus	Anguſtus	Altus	
17.	Moderatus	Anguſtus	Moderatus	
18.	Moderatus	Anguſtus	Humilis	
19.	Brevis	Latus	Altus	
20.	Brevis	Latus	Moderatus	
21.	Brevis	Latus	Humilis	
22.	Brevis	Moderatus	Altus	
23.	Brevis	Moderatus	Moderatus	
24.	Brevis	Moderatus	Humilis	
25.	Brevis	Anguſtus	Altus	
26.	Brevis	Anguſtus	Moderatus	
27.	Brevis	Anguſtus	Humilis	Parvus.

Ed. Chart. VIII. [316.]

οὕτω δὴ τούτων ἑπτὰ καὶ εἴκοσι σφυγμῶν ὄντων κατὰ τὸ ποσὸν ἐν ταῖς τρισὶν ἅμα διαστάσεσι συνισταμένων, δύο μὲν ἐξ αὐτῶν ἔχουσιν ὀνόματα πρὸς ἁπάντων ὁμολογούμενα τῶν ἰατρῶν, ὅ τε πρῶτος ἐν αὐτοῖς γεγραμμένος καὶ ὁ ἔσχατος· ὁ μὲν γὰρ μέγας, ὁ δὲ μικρὸς καλεῖται· τὸ δὲ ἄλλο πᾶν πλῆθος οὐκ ἔχει. οὐδὲ γὰρ οἱ ἰσχνοὶ καὶ ἁδροὶ λεγόμενοι σφυγμοὶ ἕνα τινὰ τῶν ἐκ τοῦ διαγράμματος δηλοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πολλῶν ἅμα γενικῶς κατηγοροῦνται. ἐφ᾽ ὧν γὰρ ἂν ἡ κατὰ τὸ μῆκος διάστασις πλεονεκτῇ τῶν λοιπῶν δυοῖν, τούτους πάντας ἰσχνοὺς καλοῦσιν· ἐφ᾽ ὧν δ᾽ ἂν αἱ λοιπαὶ δύο, τούτους ἅπαντας ἔμπαλιν ἐκείνοις ἁδρούς. ὥστε καὶ τὸν ε´ ἐν τῷ διαγράμματι καὶ τὸν στ´, ἔτι τε πρὸς αὐτοῖς τὸν η´ καὶ τὸν θ´ καὶ τὸν ιη´ ἰσχνοὺς καλεῖσθαι· ἔμπαλιν δὲ τούτοις ἁδροὺς τόν τε δέκατον ἐν τῷ διαγράμματι καὶ τὸν ιθ´ καὶ τὸν κ´, καὶ προσέτι τὸν κβ´ καὶ κγ´· ὥστε γενικώτερα ταῦτα τὰ ὀνόματα καὶ πλειόνων κοινά. καλοῦσι δὲ τοὺς αὐτοὺς τούτους σφυγμοὺς καὶ ἑτέρως, λεπτὸν μὲν τὸν ἰσχνὸν, παχὺν δὲ τὸν ἁδρόν· ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῦ συμμέτρου κατὰ τὰς

Ita ſane, quum hi ſeptem et viginti pulſus ſint, qui ſecundum quantitatem in tribus ſimul dimenſionibus conſiſtunt, duo quidem ex illis habent nomina ab omnibus recepta medicis, primus in ipſis ſcriptus et ultimus; nam alter magnus, alter parvus vocatur: reliqua vero tota multitudo non habet. Neque enim qui graciles et qui pleni dicuntur, unum aliquem ex tabella oſtendunt, ſed de multis generice praedicantur. In quibus enim dimenſio ſecundum longitudinem reliquas duas excellit, hos omnes graciles vocant; in quibus reliquae duae, hos omnes ex diverſo illis plenos, ita ut et quintus in tabella et ſextus, adhuc vero praeter hos octavus et nonus et decimus octavus graciliores vocentur. Ex adverſo autem his ſolidi decimus in tabella et undevigeſimus et vigeſimus et praeterea vigeſimus ſecundus et vigeſimus tertius, ita ut generaliora ſint haec nomina et pluribus communia. Vocant autem et hos ipſos pulſus etiam alio modo; tenuem quidem eum qui gracilis eſt, craſſum vero eum qui plenus eſt. Sed neque ejus

τρεῖς διαστάσεις, ὅσπερ μόνος ἐστὶ τῶν κατὰ φύσιν ἐν τοῖς ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν, ἔχομεν ἴδιον ὄνομα, λόγῳ δὲ καὶ τοῦτον δηλοῦμεν, ἤτοι σύμμετρον εἶναι λέγοντες ἐν ταῖς τρισὶ διαστάσεσιν, ἢ μέσον μεγάλου τε καὶ μικροῦ, ἢ κατὰ φύσιν ἐν τῷ ποσῷ τῆς διαστολῆς, ἢ σύμμετρον ἐν τῷ ποσῷ τῆς διαστολῆς, ἢ ὅπως οὖν ἄλλως μάλιστα σαφὲς ἐλπίσωμεν ἔσεσθαι τὸ λεγόμενον. τὰς δὲ κατὰ τὸν χρόνον τῆς διαστολῆς οὐχὶ ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν, οὐδ᾽ ὅλως πολλὰς, ἀλλ᾽ ὅσαι παρ᾽ ἑκάστης τῶν κατὰ μίαν διάστασιν γενικῶς τε νοουμένων εἰσὶ διαφοραὶ, τοσαύτας εὑρήσεις. ὥσπερ γὰρ ἐπ᾽ ἐκείνων κατὰ μῆκος μὲν ὅ τε σύμμετρος ἦν καὶ ὁ μακρὸς καὶ ὁ βραχὺς, κατὰ πλάτος δ᾽ ὅ τε σύμμετρος καὶ ὁ πλατὺς καὶ ὁ στενὸς, κατὰ βάθος δ᾽ ὅ τε σύμμετρος καὶ ὁ ὑψηλὸς καὶ ὁ ταπεινὸς, οὕτως ἐπὶ τοῦ χρόνου τῆς διαστολῆς ὅ τε σύμμετρος ἐν τούτῳ τῷ γένει καὶ ὁ ταχὺς καὶ ὁ βραχύς. ἄλλο δ᾽ ἐπὶ τοῖς γενομένοις ἐστὶ γένος διαφορᾶς σφυγμῶν τὸ κατὰ τὸν τόνον, ἐν ᾧ πάλιν εὔτονοί

qui ſecundum tres dimenſiones moderatus eſt, qui ſane ſolus ex viginti ſeptem ſecundum naturam eſt, proprium habemus nomen; verum oratione et hunc declaramus, ſive moderatum eſſe dicentes in tribus dimenſionibus, ſive medium inter magnum et parvum, ſive ſecundum naturam in quantitate diaſtoles, vel moderatum in quantitate diaſtoles, vel quomodocunque aliter maxime apertam ſperemus eſſe orationem. Qui vero ſecundum tempus diaſtoles conſiſtunt, non amplius viginti et ſeptem, nec omnino multi ſunt; ſed quot ſunt differentiae, quae ab unaquaque trium dimenſionum generice concipiuntur, tot etiam invenies. Quemadmodum enim in illis ſecundum longitudinem quidem et moderatus erat et longus et brevis, ſecundum latitudinem vero et moderatus et latus et anguſtus, ſecundum profunditatem autem et moderatus et altus et humilis, eodem ſane modo in tempore diaſtoles et moderatus in hoc genere eſt et celer et tardus. Aliud autem poſt praedicta eſt genus differentiae pulſuum, quod ſecundum efficaciam (τόνος) eſt, in quo rurſus validi (εὔτονοι) et

Ed. Chart. VIII. [310. 311.]

τε καὶ ἄτονοι γίνονται σφυγμοὶ, καί τις ἀμφοῖν τρίτος ὁ μέσος, οὐκ ἔθ᾽ ὅμοιος τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις κατὰ φύσιν τε καὶ σύμμετρος. ὁ γὰρ εὔτονος ἐν τούτῳ τῷ γένει κατὰ φύσιν ἐστὶν, αὐξανόμενος δὲ ἐπὶ τροφῇ καὶ οἴνου πόσει καὶ θυμῷ τοῦ κατὰ φύσιν ἐξίσταται. αὐτὸν δὲ τοῦτον τὸν σφυγμὸν καὶ σφοδρὸν ὀνομάζομεν, ἑπόμενοι τῇ συνηθείᾳ τῶν ἰατρῶν· ἐπεί τοι συνηθέστερον ἴσμεν ἅπασι τοῖς Ἕλλησι λεγόμενον ἐπὶ τοῦ ταχέος καὶ εὐτόνου τὸν σφοδρόν. τέταρτον γένος διαφορᾶς σφυγμῶν ἐν τῇ διαστολῇ τῆς ἀρτηρίας γίνεται κατ᾽ αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ ἀγγείου, σκληρότερον ἢ μαλακώτερον φαινόμενον τοῦ κατὰ φύσιν. ἔσονται τοίνυν κἀνταῦθα τρεῖς διαφοραὶ σφυγμῶν, σύμμετρός τε καὶ σκληρὸς καὶ μαλακός.

Κεφ. δ΄. Ἄλλο δ᾽ οὐδὲν οὔτ᾽ ἐπινοῆσαι δυνατὸν οὔτε τῇ πείρᾳ γνῶναι γινόμενον ἡμῖν αἰσθητὸν πάθος ἐκ τῶν κινουμένων σωμάτων· ὥστ᾽ ἐν τοῖς εἰρημένοις τέτταρσι γένεσι περιγράφεσθαι τὰς κατὰ τὴν διαστολὴν τῆς ἀρτηρίας ἁπάσας διαφορὰς τῶν σφυγμῶν. τὸ γὰρ ἐγκεχυμένον αὐταῖς οὔθ᾽

debiles (ἄτονοι) fiunt pulſus, et tertius quidam, amborum medius, non aeque ac ſuperius dicti, ſecundum naturam et moderatus. Nam validus in hoc genere ſecundum naturam eſt, increscens autem ex nutrimento et vini potu et ira ab eo quod ſecundum naturam eſt recedit. Hunc ipſum etiam vehementem nominamus, [311] medicorum ſequentes conſuetudinem, quandoquidem ſcimus ab omnibus Graecis vehementem (σφοδρὸν) de eo qui celer ſimul et validus ſit uſitatius dici. Quartum genus differentiae in diaſtole arteriae fit ſecundum ipſum corpus vaſis, quod vel durius vel mollius quam ſecundum naturam ſit appareat. Erant ergo et hic tres pulſuum differentiae, moderatus, durus et mollis.

Cap. IV. Alia vero nulla aut excogitari, aut experimento cognosci poteſt eveniens ſenſibilis paſſio ex corporibus quae moventur; ita ut in praedictis quatuor generibus univerſae pulſuum differentiae, quae ſecundum diaſtolen arteriae conſiderentur, circumſcribantur. Quod

Ed. Chart. VIII. [311.]
ὁπόσον ἐστὶν οὔθ᾽ ὁποῖον αἰσθήσει διαγνῶναι δυνατὸν, ἢ πάντως ἂν ἐπέπαυτο περὶ τοῦ κενὰς αἵματος εἶναι τὰς ἀρτηρίας ἡ ζήτησις, εἴ γε ἦν οἷόν τε μὴ μόνον ὅτι μετὰ πνεύματος αἷμα περιέχουσιν εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ ὁποῖόν τι, πότερον ὀῤῥῶδες καὶ λεπτὸν, ἢ παχὺ καὶ γλίσχρον, ἢ μέσον τούτων, ὅπερ ἐστὶ τὸ κατὰ φύσιν αἷμα. καί τοι τινὲς ἐπηγγείλαντο καὶ τὴν τούτου διάγνωσιν αἰσθητὴν εἶναι, καθάπερ γε καὶ τὴν τοῦ πνεύματος, ὁποῖόν τι κατὰ τὴν δύναμίν ἐστι περιεχόμενον ἐν ταῖς ἀρτηρίαις. ἔνιοι δ᾽ ἔτι τούτων ἀλλοκώτερα γράφουσιν, ἐπεισάγοντές τινα τοῖς εἰρημένοις σφυγμοῖς, ὃν αὐτοὶ προσαγορεύουσι πλήρη, καὶ τούτου τοῦ γένους τρεῖς ποιοῦσι διαφορὰς, ὀνομάζουσι δὲ τὸν μέν τινα πλήρη, τὸν δὲ κενόν· ὁ γὰρ μέσος ἀμφοῖν οὐδὲν ἴδιον ὄνομα κέκτηται. τούτοις οὖν εἴπερ ἐλέγχειν βούλοιο, διχῇ διαιρήσεις τὸν πρὸς αὐτοὺς λόγον· εἰς πρῶτον μὲν τὸ σημαινόμενον ἐκ τῆς πληρότητος, ἐφεξῆς δ᾽ αὐτῷ τὸ τῆς διαγνώσεως. ἐν ἑκατέρῳ γὰρ ἐδείχθησαν οὐ μικρὰ σφαλλόμενοι· περὶ μὲν τὸ σημαινόμενον

enim eſt in ipſis infuſum nec quantum nec quale ſit, ſenſu dignosci poteſt. Alioquin certe ceſſaret illa quaeſtio, an vacuae ſanguinis ſint arteriae, ſi ſane dici poſſet, non ſolum ſanguinem cum ſpiritu eas continere, ſed qualem etiam ſanguinem ipſae contineant, utrum ſeroſum ac tenuem, an craſſum et viscidum, an horum medium, qui certe eſt ſanguis ſecundum naturam. Quamquam ſane aliqui affirmarunt, hujus quoque dignotionem ſenſibilem eſſe; quemadmodum etiam de ipſo ſpiritu, qualisnam facultate ſit is qui in arteriis continetur. Nonnulli vero his etiam abſurdiora ſcribunt, qnendam alium ultra praedictos pulſus introducendo, quem ipſi planum vocant. Atque hujus generis tres faciunt differentias; nominant autem hunc quidem plenum, hunc vero vacuum, medius autem utrorumque nullum peculiare nomen ſortitus eſt. Hos ergo ſi redarguere velis, bifariam adverſus ipſos ſermonem divides; primo circa ſignificatum plenitudinis, poſtea circa ipſius dignotionem. In utroque enim oſtendimus eos non parum errare; circa ſignificatum quidem non in hoc tantum

Ed. Chart. VIII. [311.]

οὐκ ἐν τούτῳ τῷ γένει μόνον τῶν σφυγμῶν, ἀλλὰ κἀν τοῖς ἄλλοις κατὰ τὸ δεύτερον καὶ τρίτον περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν σφυγμῶν· περὶ δὲ τὴν διάγνωσιν ὅσα μὲν ἐν τῇ πληρότητι σφάλλονται, κατὰ τὸ δ΄ εἴρηται γράμμα τῆς τῶν σφυγμῶν διαγνώσεως, τὰ δὲ ἄλλα πάντα διὰ τῶν ἔμπροσθεν. νυνὶ δ᾽ ἐπειδὴ τὸ χρήσιμον εἰς τὴν τέχνην διδάσκω μόνον, ἄνευ τοῦ πρὸς τοὺς ἐσφαλμένους τι κατ᾽ αὐτὴν ἐλέγχου· τούτου γὰρ, ὡς ἔφην, ἐν ταῖς ἐπιτομαῖς καὶ συνόψεσι στοχαζόμεθα· μεταβῆναι καιρὸς ἐπὶ τὰς ἄλλας τῶν σφυγμῶν διαφορὰς, ὅσαι χρήσιμοι.

Κεφ. ε΄. Διαδέχεται δ᾽ ἡμᾶς μεγίστη διαφωνία τῶν ἰατρῶν, ἐνίων μὲν ἡγουμένων αἰσθητὴν εἶναι τὴν συστολὴν τῆς ἀρτηρίας, ἐνίων δὲ ἀναίσθητον. ὅσοι μὲν οὖν ἂν αἰσθητὴν εἶναι νομίζουσιν αὐτὴν, ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ πέρατος τῆς διαστολῆς καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς συστολῆς ἡσυχάζειν χρόνῳ βραχεῖ φασὶ τὴν ἀρτηρίαν, ἀνάλογον τῇ μετὰ τὴν εἰσπνοὴν ἡσυχίᾳ τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων πρὸ τῆς ἐκπνοῆς· ὡσαύτως δὲ καὶ μετὰ τὴν συστολὴν πρὸ τῆς διαστολῆς ἡσυχάζειν αὖθις,

genere pulſuum, ſed etiam in aliis, in ſecundo et tertio de differentia pulſuum libro; circa dignotionem vero, quaecunque quidem in plenitudine errant, in quarto diximus libro de pulſuum dignotione, quaecunque autem in aliis omnibus, in libris ſuperioribus. Nunc autem quoniam id duntaxat quod utile ad artem eſt doceo, praetermiſſa adverſus eos qui aliquo modo in ipſa errarunt, reprehenſione, hoc enim, ut dixi, in epitomis et ſynopſibus ſpectamus, tempus eſt ad alias pulſuum differentias, quaecunque utiles ſunt, tranſire.

Cap. V. Excipit autem nos maxima diſſenſio medicorum, quum nonnulli quidem arbitrentur ſenſilem eſſe ſyſtolen arteriae, nonnulli vero inſenſilem. Ac illi quidem qui ſenſilem putant ipſam eſſe, inter finem diaſtoles et principium ſyſtoles quieſcere brevi tempore ajunt arteriam, proportione habita quieti illi ſpirabilium inſtrumentorum, quae poſt inſpirationem fit ante exſpirationem; eodem modo et poſt ſyſtolen ante diaſtolen quieſcere rur-

Ed. Chart. VIII. [311.]

ὡς κἀπὸ τῆς ἀναπνοῆς ἠρεμία τις γίνεται τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων ἐν ταῖς ἐκπνοαῖς πρὸ τῶν εἰσπνοῶν. εἰ μὲν οὖν μείζους εἶεν οἱ τῶν ἡσυχιῶν χρόνοι τοῦ κατὰ φύσιν, ἀραιὸν ὀνομάζουσι τὸν σφυγμόν· εἰ δ᾽ ἐλάττους, πυκνόν. ὡς εἶναι δύο ἀραιότητας καὶ πυκνότητας, τὴν μὲν ἑτέραν ἐκτὸς ἐπὶ τῇ διαστολῇ πρὸ τῆς συστολῆς, τὴν δ᾽ ἑτέραν ἔνδον ἐπὶ τῇ συστολῇ πρὸ τῆς διαστολῆς. ὅσοι δ᾽ ἂν ἑαυτοῖς ἀναίσθητον εἶναι λέγουσι τὴν συστολὴν ἅπαντα τὸν χρόνον τοῦτον, οἷος ἂν ᾖ μεταξὺ τῶν αἰσθητῶν κινήσεων, παραβάλλοντες τῷ κατὰ φύσιν, εἰ μὲν ἐλάττων εἴη, πυκνὸν, εἰ δὲ μείζων, ἀραιὸν ὀνομάζουσι τὸν σφυγμὸν, εἰ δ᾽ ἴσος τῷ κατὰ φύσιν, σύμμετρον. εἴρηται δέ μοι κατὰ τὸ πρῶτον τῆς διαγνώσεως αὐτῶν ἱκανῶς περὶ τῆς διαφωνίας ταύτης, ὅτι τε πάντων τῶν σφυγμῶν οὐκ ἐστὶν αἰσθητή. δέδεικται δὲ καὶ ὧν τινων ἐστὶν αἰσθητὴ καὶ ὧν τινων οὔ· καὶ πρὸς τούτοις, ὅπως ἄν τις ἑαυτὸν ἀσκήσειεν εἰς τὴν τῆς συστολῆς διάγνωσιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὀλίγον ὕστερον εἰρήσεται.

ſus, quemadmodum etiam in reſpiratione quies aliqua fit ſpirabilium inſtrumentorum, in exſpirantibus ante inſpirationes. Si ergo tempora quietum ſint majora quam ſit id quod ſecundum naturam eſt, rarum nominant pulſum; ſi minora, frequentem; ut duae ſint raritates et frequentiae, altera externa poſt diaſtolen ante ſyſtolen, altera interna poſt ſyſtolen ante diaſtolen. Quicunque vero ſibi ipſis inſenſilem eſſe ajunt ſyſtolen, totum hoc tempus quod utique ſit inter ſenſiles motiones ei quod ſecundum naturam eſt comparantes, ſi minus ſit, frequentem, ſi majus, rarum nominant pulſum, ſi aequale ei quod eſt ſecundum naturam, moderatum. Dictum autem eſt mihi in primo de dignotione ipſorum abunde de hac diſſenſione, quodque omnium pulſuum non eſt ſenſilis; oſtenſum quoque eſt, quorumnam eſt ſenſilis et quorum non, ac praeterea quomodo utique quis ſe ipſum exercere debeat in ſyſtole dignoscenda. Sed haec quidem paulo poſt dicentur.

Ed. Chart. VIII. [311.]

Κεφ. στ΄. Νυνὶ δὲ τὰς ὑπολοίπους διαφορὰς τῶν σφυγμῶν ἐπέξειμι· πρώτην μὲν τὴν τοῦ ῥυθμοῦ, κοινωνοῦσαν κατά τι τῇ τῶν μουσικῶν θεωρίᾳ· δευτέραν δὲ τὴν τῆς ὁμαλότητός τε καὶ ἀνωμαλίας· καὶ τρίτην τὴν τῆς ἀταξίας τε καὶ τάξεως. ἡ μὲν οὖν τοῦ ῥυθμοῦ θεωρία παραβαλλομένων ἀλλήλοις τῶν χρόνων γίνεται τοῦ τε τῆς διαστολῆς καὶ συστολῆς· ἡ δὲ τῆς ἀνωμαλίας, διαφθειρομένης κατά τι τῆς ἐφεξῆς ἰσότητος ἄλλοτε κατ᾽ ἄλλο γένος τῶν σφυγμῶν ἢ καὶ δύο ἢ καὶ πλείω. ἐπεὶ δ᾽ ἐνίοτε διαφθείρεται μὲν ἡ ἐφεξῆς ἰσότης, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἀνώμαλος ἡ κίνησις φαίνεται, καθάπερ ἐπὶ τῶν πλανήτων ἀστέρων, εὑρίσκεται μέντοι τις ἐν περιόδοις ἰσότης, ὥσπερ ἐπ᾽ αὐτῶν ἐκείνων, καὶ διὰ τοῦτο τετάχθαι μὲν ὥσπερ τὴν τῶν πλανήτων κίνησιν, οὕτω καὶ (τὴν) τῶν κατὰ περιόδους ἴσων σφυγμῶν ἐροῦμεν, ἄτακτον δὲ ὑπάρχειν, ὁπόταν μηδὲ τὴν κατὰ περίοδον ἰσότητα τηρῇ δι᾽ ἴσου πλήθους σφυγμῶν γινομένην. οἷον εἰ μετὰ τρεῖς μεγάλους σφυγμοὺς ὁ τέταρτος φαίνοιτο μικρὸς, καὶ τοῦτο ἐφεξῆς

Cap. VI. Nunc vero reliquas differentias pulfuum percurro; primam quidem eam quae eft rhythmi, muficorum fpeculationi fecundum quid communicantem; fecundam vero eam quae eft aequalitatis et inaequalitatis; et tertiam eam quae eft ordinis et inordinationis. Ac rhythmi quidem fpeculatio fit, ubi inter fe conferuntur tempus diaftoles et tempus fyftoles; inaequalitatis autem, ubi corrumpitur fecundum quid continuata paritas alias fecundum aliud genus pulfuum vel etiam duo vel etiam plura. Quoniam autem aliquando corrumpitur quidem continuata ipfa paritas et ob id inaequalis ipfa motio apparet, quemadmodum in planetis, feu errantibus aftris, invenitur tamen aliqua in circuitibus paritas, quemadmodum in illis ipfis planetis, propter hoc ordinatam quidem effe dicimus, ficuti planetarum motionem, ita etiam pulfuum, qui per circuitus pares funt; inordinatam vero effe, quando nec paritatem in circuitibus fervet, pari pulfuum multitudine factam. Veluti, fi poft tres magnos pulfus quartus videatur parvus et hoc continua femper ferie, ordinatum quidem

Ed. Chart. VIII. [311.]

ἀεὶ, τεταγμένον μὲν ἐρεῖς εἶναι τὸν τοιοῦτον σφυγμὸν, ἀνώμαλον μέντοι· διεφθαρμένης γὰρ τῆς ἰσότητος τάξις τις σώζεται, ἐν οἷς δ' ἂν σφυγμοῖς μηδ' αὐτὴ διασώζηται, τούτους οὐ μόνον ἀνωμάλους, ἀλλὰ καὶ ἀτάκτους ὀνομάζομεν. ὅτι μὲν οὖν ἡμεῖς ὀρθῶς κεχρήμεθα τοῖς τῶν σφυγμῶν ὀνόμασι, διασώζοντες ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, οὕτω κἀν τούτοις τὸ τῶν Ἑλλήνων ἔθος, ἐν τῷ β' καὶ γ περὶ τῆς διαφορᾶς αὐτῶν ἐπιδέδεικται· συγχωροῦμέν γε μὴν ὡς ἂν ἐθέλοι τις ὀνομάζειν, φυλαττομένης τῶν πραγμάτων τῆς διαφορᾶς ἑρμηνευομένης τε λόγῳ χάριν τοῦ διηρθρωμένην τε καὶ σαφῆ γίνεσθαι τὴν διδασκαλίαν. εἴρηνται δὲ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν σφυγμῶν καὶ αἱ κατὰ μίαν κίνησιν ἀνωμαλίαι, τινὲς μὲν συνεχοῦς μενούσης αὐτῆς γιγνόμεναι, τινὲς δὲ ἡσυχίᾳ διακοπτομένης, ὑπὲρ ὧν καὶ μετὰ ταῦτα ῥηθήσεται. νυνὶ δ' ἐπὶ τὸν τῆς συστολῆς ἀφίξομαι λόγον, τῶν ἀναγκαιοτάτων ὄντα πρὸς τὰς προγνώσεις· ἐπειδὴ καὶ ἡ περὶ τοῦ πυκνοῦ καὶ ἀραιοῦ σφυγμοῦ διδασκαλία μετὰ τῆς περὶ τῶν ῥυθμῶν ὑπαλλάττεται καὶ συμμεταβάλλεται. τούτων πολλῶν οὖν εἰρημένων

asseres esse talem pulsum, inaequalem tamen; corrupta enim paritate, ordo quidam servatur, in quibus autem pulsibus nec ipse servatur, hos non solum inaequales, sed etiam inordinatos nominamus. Ac quod nos quidem recte usi sumus pulsuum nominibus, conservantes, quemadmodum in aliis, ita et in his Graecorum consuetudinem, in secundo et tertio de differentia ipsorum ostensum est, concedimus tamen, quomodocunque quis velit nominet, dummodo rerum differentia servetur, ac ratione declaretur; quo distincta ac clara fiat doctrina. Traditae etiam sunt in primo de differentia pulsuum inaequalitates secundum unam motionem, aliquae quidem continua ipsa permanente evenientes, aliquae vero quiete intercedente, de quibus post haec dicetur. Nunc autem ad systoles sermonem perveniam, qui maxime necessarius est ad praecognitiones, quandoquidem doctrina etiam de frequenti et raro pulsu cum doctrina de rhythmis variatur, ac una commutatur. Quum ergo plura de ipsis

Ed. Chart. VIII. [311. 312.]

ἐν τῷ πρώτῳ περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν, ἐξ αὐτῶν ἐνταῦθα μεχθήσεται τὰ χρησιμώτατα· δι' ὧν ἀσκηθείς τις ἔργῳ μαθήσεται τὴν δύναμιν τῆς διδασκαλίας, ὅταν αὐτὸς μὲν προγινώσκῃ τὰ κατὰ τοὺς κάμνοντας ἐσόμενα, τῶν δ' ἄλλων ἰατρῶν ἕκαστος ἐκ μαντικῆς τινος, οὐκ ἰατρικῆς θεωρίας ἡγεῖται γίνεσθαι τὴν πρόγνωσιν αὐτῶν.

Κεφ. ζ. Ἄρξαι δὴ πρῶτον ἀπὸ τοῦ διαγινώσκειν τὴν ποσότητα τῆς διαστολῆς. ὑπάρξει δέ σοι τοῦτο τὴν ἐπιβολὴν τῶν δακτύλων ἐπιπολῆς ποιουμένῳ, καὶ μᾶλλον ἐκ τῶν κατὰ μερῶν τῆς ἀρτηρίας. ἄνωθεν μὲν γὰρ ἐπιβάλλων τὴν ἁφὴν, ἴσως που βαρυνεῖς ἐνίοτε καὶ θλίψεις αὐτὴν, εἰ μὴ πάνυ σφόδρα προσέχεις τὸν νοῦν, ὡς ἀκριβῶς θεωρεῖν τοὺς δακτύλους ἄνευ θλίψεως πάσης. ἡ δ' ἐκ τῶν κάτω μερῶν ἐπιβολὴ μᾶλλον δύναται στοχάσασθαι, τῷ μηδ' ὅλως θλίβεσθαι τὴν ἀρτηρίαν. εἰς ὅσον δ' ἂν αὐτὴν θλίψῃς, εἰς τοσοῦτον κωλύσεις τὸν ὄγκον τῆς διαστολῆς· καὶ μάλιστ' ὅταν ἄτονος ὁ σφυγμὸς ᾖ, καθάπερ ἐπὶ τῶν ληθαργικῶν·

dicta fint in primo de differentia pulfuum, ex ipfis hunc in locum quae maxime utilia funt transferentur; in quibus exercitatus quis vim doctrinae opere praecipiet, quando ipfe [312] quidem ea quae in aegrotantibus eventūra funt praecognoscet; finguli vero alii medici ex divinatione quadam, non ex medica fpeculatione eorum praecognitionem fieri arbitrabuntur.

Cap. VII. Sane incipies a quantitate diaftoles dignoscenda; hoc autem tibi inerit, fi fuperficietenus digitorum injectionem feceris; et magis, fi ex infernis partibus arteriae, fuperius enim tactum injiciens, fortaffis alicubi gravabis quandoque ac premes ipfam, nifi valde admodum mentem adhibeas, ut exquifite digitos applices, omni compreffione evitata. Injectio autem, quae ex infernis fit partibus, magis poteft conjectare, propterea quod nullo modo comprimatur arteria. Quantum autem ipfas compreffseris, tantum etiam diaftoles tumorem impedies, ac praefertim quando tenoris vacuus fuerit pulfus, quemadmodum lethar-

Ed. Chart. VIII. [312.]
ὧν ἂν ἐπιθλίψῃς τὴν ἀρτηρίαν τοῖς δακτύλοις, ἀντὶ μεγίστου μικρότατος φανεῖται. ἐὰν δὲ, ὡς εἴρηται, τελέως ἀσθενὴς ἡ ζωτικὴ δύναμις ᾖ, τὸ δ᾽ ἐναντίον ἐπὶ τῶν εὐτόνων γίνεται σφυγμῶν, οὓς καὶ σφοδροὺς ὀνομάζομεν, ἀντιβαίνει γὰρ ἡ ἀρτηρία θλιβόντων μᾶλλον ἢ μετρίως ἐπιβαλλόντων τοὺς δακτύλους, ἐνδεικνυμένη τῆς κινούσης τὴν ῥώμην αὐτὴν δυνάμεως. ὥσθ᾽ ὅταν τό τε δέρμα τοῦ κάμνοντος ᾖ σκληρὸν ὅ τε τῆς ἀρτηρίας χιτὼν ὁμοίως διακείμενος, οἱ εὔτονοι σφυγμοὶ τὴν τῶν ἐπιβαλλομένων δακτύλων ἀνατρέπουσι σάρκα μετὰ τοῦ δέρματος, ὥσπερ εἰ καὶ τῶν ἐκτός τι προσενέγκαις σκληρὸν σῶμα μαλακῷ χρωτί· κατ᾽ αὐτὸ γάρ τοι τοῦτο διακρίνεται τοῦ μαλακοῦ τὸ σκληρὸν, ἐγκαταβαίνοντος τῷ μαλακωτέρῳ τοῦ σκληροτέρου. τὸ δ᾽ εὔτονον ἁπλῶς ἄνευ τοῦ σκληρὸν εἶναι τὸ μὲν ἀνατρέπειν ἔχει, τὸ δ᾽ οἷον πιλεῖν καὶ θλᾶν οὐκ ἔχει. νοήσεις δ᾽ ὀλίγῳ σαφέστερον ἐπ᾽ ἀνέμου τε βιαίας προσβολῆς καὶ λιθιδίου μετρίας ἐπιθέσεως. ὁ μὲν γὰρ ἄνεμος ἀνατρέπει ἡμᾶς καὶ δένδρα πολλάκις οὐ σμικρά· λιθίδιον δὲ

gicis; quorum si arteriam digitis compresseris, pro maximo minimus apparabit. Si vero, ut dictum est, penitus imbecilla fuerit vitalis facultas, quum arteriam compresseris, sine pulsu laborans videbitur. Contrarium autem in eutonis, id est tenore praeditis pulsibus fit; quos et vehementes nominamus, renititur enim arteria comprimendo magis quam moderate injiciendo digitos, indicans robur moventis ipsam facultatis. Quare ubi tum cutis laborantis fuerit dura, tum arteriae tunica eodem modo fuerit affecta, pulsus, qui tenore praediti sunt, carnem injectorum digitorum una cum cute evertunt; quemadmodum si etiam externum aliquod durum corpus molli cuti apponas. In hoc enim ipso durum a molli discernitur, quod durius in mollius ingrediatur. Quod autem tenore praeditum simpliciter est sine duritie habet quidem ut evertat; ut vero veluti constringat ac contundat non habet. Intelliges autem quod dico apertius et in violento venti impetu et in moderata lapilli impositione; ventus etenim nos et arbores saepe-

Ed. Chart. VIII. [312.]
ἐπιτεθὲν τῷ δέρματι πιλεῖν μὲν αὐτὸ καὶ θλίβειν πέφυκεν, ἀνατρέπειν δὲ τὸ κῶλον ὅλον οὐ δύναται. τὸ μὲν ἀνατρεπόμενον ἄνευ τοῦ θλίβεσθαι τὴν χώραν ἐν ᾗ πρόσθεν ἦν καταλείπει, τὸ δ᾽ ὑπὸ σκληροτέρου πιλούμενον εἶκον εἰς ἑαυτὸ δέχεται τὸ σκληρὸν ἄνευ τοῦ καταλείπειν ἣν εἶχεν ἔμπροσθεν ἕδραν. οὕτως οὖν κἀπὶ τῆς ἀρτηρίας διάκρινε τὸν σκληρὸν σφυγμὸν τοῦ σφοδροῦ. τὸν μὲν γὰρ σκληρὸν ὡς λίθον ἢ ξύλον αἰσθήσῃ προσπίπτοντα, νικώμενον ὑπὸ τῆς ἐπερείσεως, ἐὰν μὴ καὶ σφοδρὸς ᾖ· τὸν σφοδρὸν δ᾽ ἔμπαλιν ἐπερείσεως, ἐὰν μὴ καὶ σφοδρὸς ᾖ· τὸν σφοδρὸν δ᾽ ἔμπαλιν εὐτονώτερον, ἐὰν ἐπερείσῃς, φαινόμενον. ὅταν οὖν τούτους διακρῖναι ἀσκηθῇς, ἐπὶ τὴν τῆς συστολῆς διάγνωσιν ἧκε, προασκήσας ἑαυτὸν πρῶτον ἐπὶ σφυγμῶν ὅσοι μεγάλοι τέ εἰσι καὶ σφοδροὶ καὶ σκληροί. τούτους γὰρ ἔξεστί σοι μετρίως θλίβοντι τὴν αἴσθησιν ἴσχειν τὸ πρῶτον τῆς συστολῆς. ὅσον οὖν εἴκοντος τοῦ σοῦ δέρματος ἀνετρέπετο, καὶ οἷον ἐκοιλαίνετο προσπιπτούσης τῆς ἀρτηρίας, τοῦτ᾽ ἀποχωρούσης ἕπεται μέχρι τῆς κατὰ φύσιν ἕδρας τε καὶ καταστάσεως. ὥστε αἰσθήσῃ

numero haud exiguas evertit, lapillus autem cuti impoſitus conſtringere et comprimere ipſam poteſt, evertere autem membrum totum non poteſt. Quod enim ſine compreſſione evertitur, regionem in qua prius erat deſerit; quod autem a duriori conſtringitur, cedens in ſe ipſum id quod durum eſt excipit, nequaquam ſedem quam prius habebat deſerens. Ita ergo in arteria durum pulſum a vehementi diſtingue. Durum namque veluti lapidem vel lignum ſenties occurrere, qui ab innixu vincitur, niſi vehemens etiam ſit: vehementem vero contra, tenore magis praeditum, ſi innitaris, conſpicies. Cum ergo prius in his diſtinguendis te exercueris, ad ſyſtoles dignotionem accede, prius te ipſum exercens in pulſibus, qui et magni ſint et vehementes et duri. Si enim hos moderate premas, licebit tibi primas ſyſtoles partes ſentire. Quicquid igitur cedentis cutis evertebatur, ac veluti cavabatur occurrente arteria, illud ea recedente inſequitur, usque eam quae ſecundum naturam eſt tum ſedem tum conſtitutionem; quare tanto tempore

Ed. Chart. VIII. [312.]

τοσούτῳ χρόνῳ τῆς συστολῆς ἐν ὅσῳ τοῦτο γίνεται· τὸ δ' ἄλλο πᾶν ἀδιάγνωστον αὐτῆς ἔσται σοι. μετὰ δὲ τὸ προγυμνάσασθαι κατὰ τοὺς τοιούτους σφυγμοὺς ἐπὶ τοὺς μεγάλους ἅμα καὶ σφοδροὺς μετάβαινε, κἂν ὦσι μὴ σκληροί· κἄπειτα ἐπὶ τοὺς σφοδροὺς, κἂν ὦσι μὴ μεγάλοι. μαλακὴν δ' ἔχειν σε χρὴ τὴν ἁφὴν εὐαίσθητόν τε φύσει. καὶ γὰρ ἀνατρέπεται θᾶττον ὑπὸ τῆς ἀρτηρίας ἐμπιπτούσης βιαίως ἡ τοιαύτη, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ παθημάτων αἰσθάνεται μᾶλλον. εἴρηται δ' ἐπὶ πλεῖστον ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς τῶν σφυγμῶν διαγνώσεως, ὅπως ἂν μάλιστα περὶ τὴν τῆς συστολῆς διάγνωσιν ἀσκηθείης. ἐὰν δὲ μηδέποτε πείσῃς σεαυτὸν ἀκριβῶς αἰσθέσθαι τῶν πρώτων τῆς συστολῆς, ἀλλ' ἀδιάγνωστος τελείως σοι φαίνηται, σκληρὸν ἢ δυσαίσθητων ἔχοντι τὸ δέρμα, γίγνωσκε μὲν ὡς εἰς πολλὰς προγνώσεις ἐκ τούτου βλαβησόμενος, ἃς ἀκούσῃ τοῦ λόγου προϊόντος. ὅμως οὖν ἐγώ σοί τινα πορίουμαι παραμυθίαν εἰς τὴν ἐπὶ τῶν ἔργων χρείαν. ὅλον γάρ σε δεήσει τὸν χρόνον ἐκεῖνον, ἐν ᾧ μηδεμιᾶς αἰσθάνῃ κινήσεως, ἐπὶ τῇ μνήμῃ παραθέσθαι, πηλίκος τίς ἐστι καθ' ἑκάστην ἡλικίαν.

systolen senties in quanto hoc ipsum fit; reliquum autem ipsius totum dignoscere non poteris. Postquam autem te in ejusmodi pulsibus exercueris, ad magnos simul et vehementes transi, quamvis sint non duri; postea ad vehementes, quamvis sint non magni. Mollem vero te habere oportet tactum, naturaque bene sentientem, etenim citius ab arteria violenter occurrente ejusmodi tactus evertitur, et quae in ipsa sunt passiones magis sentit. Dictum autem est fusissime in primo de pulsuum dignotione, quonam modo potissimum circa systoles dignotionem te exercere debeas. Si vero nequaquam tibi ipsi persuaseris exquisite primas systoles partes sentire, verum non dignosci posse omnino tibi ipsa videatur, ut qui cutem duram vel difficulter sentientem habeas, scias certe ad multas praecognitiones ex hoc te laesum iri, quas procedente sermone audies Verum tamen ego tibi aliquid solatii ad operum usum porrigam. Oportebit enim te totum illud tempus in quo nullam sentis motionem in memoriam reponere, quantum sit in una-

Ed. Chart. VIII. [312.]

οὔσης δ᾽ οὐ σμικρᾶς διαφορᾶς τοῖς ἀνθρώποις πρὸς ἀλλήλους ἐν τῇ ποσότητι τοῦ χρόνου τῆς ἡσυχίας, ἀξιῶ σε τῶν συνήθων, οὓς προσδοκᾷς ποτε νοσοῦντας ἐπισκέπτεσθαι, πολλάκις ὑγιαινόντων ἧφθαι κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐν ᾧ μηδεμίαν ἔξωθεν ἔχει τὸ σῶμα κίνησιν ἐκ περιπάτων ἢ δρόμων ἢ λουτροῦ ἢ πάλης ἢ ἐδωδῆς ἢ πόσεως ἢ ἀγωνίας ἢ θυμοῦ τινος ἢ φόβου, παραθέμενόν τε τῇ μνήμῃ τὴν ποσότητα τοῦ τῆς ἠρεμίας χρόνου, παραβάλλειν αὐτῷ τὸν ἑκάστοτε φαινόμενον· εἶτ᾽ εἰ μὲν πλείων εἴη, καλεῖν ἀραιὸν τὸν σφυγμόν· εἰ δ᾽ ἐλάττων, πυκνόν· εἰ δ᾽ ἴσος τῷ κατὰ φύσιν, σύμμετρον. ὥσπερ δὲ τοῦ χρόνου τῆς συστολῆς οὐκ ἐνὸν αἰσθέσθαι παντὸς, οὕτως οὐδὲ τῆς διαστολῆς· ἐπιδέδεικται δὲ καὶ τοῦτο κατὰ τὸ πρῶτον τῆς διαγνώσεως τῶν σφυγμῶν. ἀλλὰ τόν γε ταχὺν καὶ βραδὺν σφυγμὸν ἔνεστι διαγνῶναι κἀκ τοῦ φαινομένου τῆς διαστολῆς. εἴρηται δὲ καὶ περὶ τοῦδε καὶ διὰ τοῦ δευτέρου μὲν ἐν ἀρχῇ τῆς διαγνώσεως τῶν σφυγμῶν, καὶ διὰ τοῦ τρίτου δ᾽ ἐπιπλεῖστον, ἐν ᾧ καὶ τὴν τῶν ῥυθμῶν διδασκαλίαν ἐδείκνυον ἄχρηστον· ἀρκεῖν γὰρ ἡμῖν εἰς τὰς

quaque aetate. Quum autem non exigua ſit differentia hominibus inter ſe in quantitate temporis quietis, hortor te ut familiares illos quos opinaris aliquando aegrotantes te eſſe inſpecturum ſaepius dum ſani ſunt tangas eo ſane tempore in quo corpus nullam extrinſecus ortam motionem habet ex ambulationibus vel curſibus vel lavacro vel lucta vel paſtu vel potu vel agonia vel ira aliqua vel timore memoriaque repetens quantitatem temporis quietis, illi compares id quod aſſidue conſpicitur; deinde ſi majus fuerit, eum pulſum voces rarum, ſi minus, frequentem; ſi si quod ſecundum naturam eſt aequale, moderatum. Quemadmodum autem non poteſt totum tempus ſyſtoles ſentiri, ita nec diaſtoles; oſtenſum autem et hoc eſt in primo de dignotione pulſuum. Verum celerem et tardum pulſum licet dignoscere ex eo quod de diaſtole apparet. Dictum autem et de hoc eſt tum in ſecundo de dignotione pulſuum in principio tum in tertio diffuſiſſime, in quo etiam rhythmorum doctrinam inutilem oſtendi. Satis enim

Ed. Chart. VIII. [312.]

προγνώσεις τὸ τάχος μόνον ἢ τὴν βραδυτῆτα διαγνῶναι τῶν κινήσεων τῆς ἀρτηρίας· ὥσπερ γε καὶ τῶν ἡσυχιῶν τὸν χρόνον ὁπηλίκος τίς ἐστι καθ᾽ ὃν ἀραιὸς καὶ πυκνὸς ὁ σφυγμὸς γίνεται· μαθήσῃ δὲ τοῦτον διὰ τῶν ἑξῆς, ἔνθα περὶ τῆς τῶν σφυγμῶν προγνώσεως ὁ λόγος ἔσται μοι.

Κεφ. η'. Νυνὶ δὲ περὶ τοῦ μεγάλου καὶ μικροῦ σφυγμοῦ καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι κατὰ τὸ ποσὸν τῆς διαστολῆς νοοῦνταί τε καὶ διαγνώσκονται προσθεὶς ὅσον χρήσιμον, ἐπὶ τὰς αἰτίας αὐτῶν μεταβήσομαι. καὶ γὰρ ἐπὶ τούτων τῶν σφυγμῶν τὸ μέν τι κοινόν ἐστι μέτρον ἐν πλάτει συχνῷ λαμβανόμενον, τὸ δέ τι καθ᾽ ἕκαστον ἄνθρωπον ἴδιον. ἐν μὲν τῷ κοινῷ σύμμετρος καθ᾽ ἡντιναοῦν διάστασιν ὁ σφυγμὸς ἔσται, καὶ διαγνωσθήσεται ἐν τῷ τῆς ἀρτηρίας ὄγκῳ παραμετρούμενος· ὀνομάζω δὲ νῦν ὄγκον αὐτὴν τὴν κατὰ κύκλον περιγραφήν. ὁμοίως δὲ τούτῳ καὶ οἱ τῶν συμμέτρων καθ᾽ ἑκάστην διάστασιν ὑπερέχοντες ἢ ἐλλείποντες· ἰδίᾳ δὲ καθ᾽ ἕκαστον ἄνθρωπον ἐκ τῆς κατ᾽ ἐκεῖνον ἁφῆς προεγνωσμένης τε καὶ μνημονευομένης. εἴρηται δὲ καὶ περὶ τῶν τοιούτων σφυγμῶν

nobis esse ad praecognitionem celeritatem solam, vel tarditatem dignoscere motuum arteriae, quemadmodum etiam et ipsarum quietum tempus quantum ipsum sit, per quod rarus et frequens pulsus sit. Disces autem hoc in sequentibus, ubi de praenotione ex pulsibus sermo mihi erit.

Cap. VIII. Nunc de magno et parvo pulsu ac de caeteris quicunque secundum quantitatem diastoles intelliguntur ubi quicquid utile est adjecero, ad causas ipsorum transibo. Etenim in his pulsibus alia quidem communis est mensura, quae in frequenti latitudine sumitur, alia vero in unoquoque homine peculiaris. In communi quidem moderatus secundum quamlibet dimensionem ipse pulsus erit, et dignoscetur, si eum ad arteriae tumorem metiaris; nomino autem nunc tumorem ipsam quae in orbem est circumscriptionem. Aeque vero ac hic et qui supra vel infra moderatos secundum unamquamque dimensionem sunt; peculiariter autem in unoquoque homine ex tactu quem in illo et praenoveris et memoria teneas. Dictum autem

Ed. Chart. VIII. [312. 313.]
ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς διαγνώσεως αὐτῶν, ἥντινα πραγματείαν οὐδεὶς ἔγραψε πρὸ ἐμοῦ, αὐτὴν καθ᾽ αὑτὴν ἀποτεμνόμενος ἰδίᾳ καὶ μόνην, ἀλλ᾽ ὀλίγα που πράγματα κατὰ τὸ πάρεργον αὐτῆς ἄλλος ἄλλο προχειρισάμενος διεφώνησαν ἐν αὐτοῖς. τὸν γοῦν τοῦ παιδὸς σφυγμὸν ὁ μὲν Ἡρόφιλος ἱκανὸν τῷ μεγέθει φησὶν ὑπάρχειν, ὁ δ᾽ Ἀρχιγένης μικρόν. οὕτω δὴ καὶ τὸν μυρμηκίζοντα ταχὺν εἶναι φησὶν ὁ Ἀρχιγένης, Ἡρόφιλος δὲ οὐ ταχύν. ἐῤῥήθησαν δὲ καὶ αἱ τῶν σφαλμάτων αἰτίαι κατὰ τὴν πραγματείαν ἐκείνην· ὥστε σοι παντὸς μᾶλλόν ἐστι προσεκτέον αὐτῇ τὸν νοῦν, εἰ διαγινώσκειν τε καὶ προγινώσκειν ἐθέλοις διαφορὰς σφυγμῶν ὅσα περὶ ἡμᾶς εἶδες. οὐδὲν γὰρ οὕτως ὃ οὔτε πλείονος εἰς ἄσκησιν δεῖται χρόνου τῶν κατὰ τὴν τέχνην, οὐδὲ μείζονα δύναμιν ἔχει τῆς τῶν σφυγμῶν διαγνώσεως. ὅπου γὰρ Ἀρχιγένης ἐδείχθη σφαλλόμενος οὐ μόνον ἐν τῇ τοῦ τάχους, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ τοῦ μεγέθους διαγνώσει, τίνα δυνήσῃ σχεῖν ἐλπίδα σὺ τῆς ἐπιστήμης αὐτῶν ἄνευ τοῦ λόγῳ μὲν πρῶτον ἐν τοῖς τέτταρσι περὶ διαγνώσεως βιβλίοις, ὕστερον δὲ καὶ τριβῇ τὴν ἐν αὐτοῖς

de his pulfibus eft in fecundo de dignotione ipforum, quam fane tractationem nemo ante me fcripfit ipfam per fe feparatim ac folam diftinguendo, fed paucas alicubi res extra ipfius inftitutum alius aliam aggreffus discordes in ipfis fuerunt. Pueri igitur pulfum Herophilus quidem fatis magnum effe ait, Archigenes vero parvum. Sic fane et formicantem celerem effe ait Archigenes, Herophilus autem non celerem. Errorum autem caufas in ea tractatione diximus. Quare tibi in primis in [313] eam eft accurate incumbendum, fi tum dignoscere tum praecognofcere velis differentias pulfuum, ficuti nos facere vidifti. Nihil enim in arte quod diuturniore exercitatione indigeat majoremque vim habeat quam pulfuum dignotio. Ubi enim Archigenem errare oftendimus, non in celeritatis folum, fed etiam magnitudinis dignotione, quam poteris tu fpem habere fcientiae ipforum, nifi ratione quidem primo in quatuor libris de dignotione, poftea vero ufu ac exer-

Ed. Chart. VIII. [313.]
ἀλήθειαν ἐκμαθεῖν; ὡς οὖν οὕτως πράξαντός σου τὰ κεφάλαια τῶν ἐν ἐκείνοις εἰρημένων ὥσπερ ἐπὶ τῶν προειρημένων διαφορῶν, οὕτως καὶ τῶν ἄλλων ἐρῶ. τῆς γάρ τοι διαστολῆς αἰσθητὴν ἐχούσης ἅπασι τὴν κίνησιν, ὅταν μὲν ἐπιπολῆς ψαύσης περιλαβὼν ἀβιάστως τὴν ἀρτηρίαν, καὶ μᾶλλον ὅταν ἐκ τῶν κάτω μερῶν, ἡ τοῦ μεγέθους διάγνωσις ἀκριβὴς γίνεται. πότερα δὲ σφοδρῶς ἢ ἀμυδρῶς καὶ ὁμαλῶς ἢ ἀνωμάλως ἐκινήθη, γνῶναι βεβαίως τε καὶ ἀκριβῶς ἀδύνατόν ἐστι κατὰ τὴν εἰρημένην ἐπιβολὴν τῆς ἁφῆς. ἀλλὰ χρὴ θλίβειν ἠρέμα τὴν ἀρτηρίαν· οὕτως γὰρ αἰσθήσῃ πλείονι χρόνῳ τῆς διαστολῆς ἤπερ ὅτε ἀβιάστως ἐπέβαλες αὐτῇ τοὺς δακτύλους. οὐ μὴν οὐδὲ τοῦ τάχους οὐδὲ τῆς βραδυτῆτος ἡ διάγνωσις ἐναργῶς φαίνεται χωρὶς τοῦ κἂν ἐπιβραχὺ θλῖψαι τὸ κατὰ τὰς ἀρτηρίας ἐπικείμενον δέρμα. πράξαντι δὲ οὕτως ἐνίοτε μὲν ἰσοταχῶς, ἐνίοτε δὲ ἀνωμάλως σοι φανεῖται κινουμένη, καὶ ποτὲ μὲν τὰ πρῶτα τῆς κινήσεως ἢ τὰ μέσα βραδύτερα ποιουμένη, ποτὲ δ' ἔμπαλιν. οὕτως δὲ καὶ ὠκυτέρως ποτὲ μὲν τὰ

citatione veritatem quae in ipſis eſt ediscas? Tanquam igitur tu ita facias, capita eorum quae in ipſis dicta ſunt quemadmodum in praedictis differentiis, ita et in aliis dicam. Quum enim diaſtole ſenſilem habeat omnibus motionem, ubi ſuperficietenus palpaveris, arteriam ſine vi comprehendens, et magis, ubi ex infernis partibus, exquiſita ſit ipſa magnitudinis dignotio. Utrum autem vehementer vel obscure, et aequaliter vel inaequaliter mota ſit, firmiter ac exquiſite cognoscere impoſſibile eſt per praedictam tactus injectionem, verum oportet lenſim arteriam premere; ita enim diuturniore tempore diaſtolen ſenties quam dum ſine vi digitos ipſi injiciebas. Non tamen aut celeritatis, aut tarditatis dignotio manifeſte apparet, niſi preſſeris, licet etiam parumper, cutim, quae ſuper arteriam incumbit. Si autem ita feceris, nonnunquam quidem aequali celeritate, nonnunquam vero inaequali tibi videbitur moveri, ac nonnunquam quidem primas partes motionis vel medias tardiores facere, nonnunquam autem e contrario: ita ſane etiam celeriores, nonnunquam quidem

Ed. Chart. VIII. [313.]

τελευταῖα, ποτὲ δὲ τὰ πρὸ αὐτῶν, ἢ τὰ πάντων πρῶτα· καὶ δὴ καὶ σφοδρότερα καὶ ἀμυδρότερα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. καὶ τοίνυν καὶ διακοπτομένην ἡσυχίᾳ τὴν ἄνοδον αἰσθήσῃ τῆς ἀρτηρίας, ὡς δοκεῖν ἵστασθαι, καὶ τὴν δευτέραν δὲ προσβολὴν ἐπὶ τῇ στάσει ποτὲ μὲν ἰσχυροτέραν ἢ θάττω, ποτὲ δὲ ἀσθενεστέραν ἢ βραδυτέραν τῆς προτέρας. πολλῶν δὲ οὐσῶν κἀν τούτῳ τῷ γένει τῶν κατὰ μέρος διαφορῶν, ἁπάσας ἔχεις ἐν τῷ πρώτῳ τῆς περὶ σφυγμῶν πραγματείας γεγραμμένας. ἀλλὰ κἀνταῦθά σοι τὸ χρήσιμον ἅμα τοῖς ἐξ αὐτῶν δηλουμένοις εἰπεῖν πειράσομαι διὰ βραχυτάτων ἐν τοῖς ἑξῆς λόγοις. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὅσα νῦν παραλέλειπται περιεργότερον ἐζητημένα τοῖς ἰατροῖς, ἐν τῷ προγνωστικῷ μέρει τῆς πραγματείας ἀκούσῃ. νυνὶ δ' ἀρκεῖ τό γε τοσοῦτον εἰπεῖν, ὡς ὅστις ἀναγινώσκει τὸ βιβλίον τοῦτο πρὸ τῆς μεγάλης πραγματείας, ἐγχωρεῖ μὲν αὐτῷ πρὸς τὰ τῆς τέχνης ἔργα μήτε τοῦ πρώτου μέρους αὐτῆς τοῦ περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν σφυγμῶν δεηθῆναι μήτε τούτου περὶ τῶν αἰτιῶν·

poſtremas partes, nonnunquam vero quae ante has ſunt, vel quae ſunt omnium primae; et ſane etiam vehementiores et languidiores ſecundum eandem rationem. Ideoque et arteriae ascenſionem quiete interceptam ſenties, ita ut conſiſtere videatur, et ſecundam appulſionem, poſtquam conſtiterit, nonnunquam quidem validiorem vel celeriorem, nonnunquam autem imbecilliorem vel tardiorem priore. Quum autem multae etiam ſint in hoc genere particulares differentiae, univerſas habes in primo libro tractationis de pulſibus ſcriptas. Sed hic quoque tibi quod utile eſt una cum iis quae ex ipſis judicantur dicere quam breviſſime conabor in ſequentibus ſermonibus. Similiter etiam de aliis quae nunc praetermiſſa ſunt, curioſius a medicis inquiſita, in parte prognoſtica hujus tractationis audies. Nunc autem tantum dixiſſe ſatis eſt, quicunque hunc librum ante magnam tractationem legit, poſſe quidem illum ad artis opera neque prima ipſius parte, quae de differentia pulſuum eſt, neque ea quae de cauſis eſt egere;

Ed. Chart. VIII. [313.]
ἕξει γὰρ αὐτῶν κἀνταῦθα περιεχομένην τὴν δύναμιν. ἡ μέντοι διαγνωστικὴ καὶ ἡ προγνωστικὴ πραγματεία χρησιμώταται πρὸς τὰ τῆς τέχνης ἔργα εἰσὶ κατὰ διέξοδον, οὐκ ἐπιτομὴν, ἀναγινωσκόμενα. καλῶς οὖν ποιήσεις μὴ θαῤῥήσας μόνῃ ταύτῃ τῇ διδασκαλίᾳ, πρὸς ἀνάμνησιν πρόχειρον οὔσῃ χρησίμῃ τοῖς ἐπιμελῶς μεμαθηκόσι τὰ κατὰ διέξοδον ἐν ἐκείναις γεγραμμένα. περὶ δὲ τῆς τοῦ τάχους διαγνώσεως τοῦ σφυγμοῦ, ἐν ᾗ τὸν Ἀρχιγένην σφαλλόμενον ἐδείξαμεν, οὐχ οἷόν τε βεβαίαν διάγνωσιν λαβεῖν ἄνευ τοῦ περὶ τῆς διαγνώσεως τῶν σφυγμῶν ἀναγνῶναι μὴ κατὰ τὸ πάρεργον, ἐν οἷς δείκνυται μὴ ψιλῷ καὶ μόνῳ χρῆναι τῷ χρόνῳ τῆς κινήσεως διακρῖναι τὸ τάχος ἀπὸ τῆς βραδυτῆτος, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ἀνόδου ποσὸν ἐπισκοπεῖν. ὡς ἐάν γε μόνῳ τῷ χρόνῳ προσέχῃς τὸν νοῦν, τὸν μυρμηκίζοντα καλούμενον σφυγμὸν ταχὺν εἶναι δόξεις, οὐκ ὄντα ταχὺν, ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον, ὡς ἅτε μικροτάτην ἔχοντα διαστολήν. οὐ γὰρ ἐνδέχεται πολλῷ χρόνῳ διεξέρχεσθαι βραχὺ διάστημα, κἂν βραδὺ τὸ κινούμενον ᾖ· χελώνη γοῦν ἐν ἐλάττονι χρόνῳ διεξέρχεται πῆχυν ἢ παρασάγγην ἵππος,

habet enim earum vim et hoc in loco comprehenſam. Et certe diagnoſtica et prognoſtica tractatio utiliſſimae ad artis opera ſunt, ſi per diexodum, non per epitomen ſcripta legantur. Recte igitur feceris ſi haec ſoli doctrinae non confidas; quae certe ad expeditam memoriam utilis eſt iis, qui accurate ea quae per diexodum in illis ſcripta ſunt didicerint. De dignotione vero celeritatis pulſus, in qua Archigenem erraſſe monſtravimus, non poteſt firma dignotio ſumi, niſi tractatio de pulſuum dignotione non obiter legatur; in qua oſtenditur non modo ac ſolo motionis tempore diſtinguendam eſſe celeritatem a tarditate, ſed et aſcenſionis quantitatem conſiderandam eſſe. Nam ſi ſoli tempori mentem adhibueris, formicantem quem vocant pulſum celerem eſſe opinaberis, qui non celer, ſed exigui temporis eſt; ut qui minimam habeat diaſtolen, neque enim contingit multo tempore breve ſpatium pertranſire, quamvis tardum ſit id quod movetur. Teſtudo enim minori tempore cubitum peragit quam parasangam equus, ſed latio-

Ed. Chart. VIII. [313.]

ἀλλ᾽ ὁ τῆς φορᾶς ῥοῖζος οὐκ ἴσος τῶν ζώων ἀμφοτέρων. ἐθισθῆναι δ᾽ οὖν σε χρὴ ταύτῃ διαγινώσκειν καὶ βραδυτῆτα χρόνου. περὶ μὲν οὖν τούτου, καθάπερ ἔφην, ἔν τε τῷ τρίτῳ περὶ διαγνώσεως ἐπιπλεῖστον εἴρηται καὶ κατὰ τὰ πρῶτα τοῦ δευτέρου· περὶ δὲ τῆς συστολῆς ἐν τῷ πρώτῳ τελεώτατα γέγραπται, δεικνύντος μου κατὰ τοὺς ἀμυδροὺς σφυγμοὺς ἀδιάγνωστον αὐτὴν εἶναι, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ὁ χιτὼν τῆς ἀρτηρίας ᾖ μαλακός· ἐπὶ δὲ τῶν σφοδρῶν σφυγμῶν διαγινώσκεσθαι κἀπὶ τῶν μέσων κατὰ σφοδρότητα καὶ μέγεθος. περὶ δὲ μαλακότητος τῆς ἀρτηρίας οὐδὲν χρὴ προσδιορίζεσθαι κατὰ τοὺς σφοδροὺς σφυγμούς. οὐδέποτε γὰρ ὁ αὐτὸς σφυγμὸς ἅμα σφοδρός τέ ἐστι καὶ μαλακὸς, ἀλλ᾽ ἤτοι σκληρὸς ἢ σύμμετρός τε καὶ κατὰ φύσιν ἐν τούτῳ τῷ γένει. κατὰ τοὺς σφοδροὺς οὖν σφυγμοὺς θλίβων ἀτρέμα τὴν ἀρτηρίαν αἰσθήσῃ, πότερον εὐθέως ἀποχωρεῖ πρὸς τὴν συστολὴν βραχυχρόνιον ποιοῦσα τὴν ἐκτὸς ἠρεμίαν, ἢ πλέονι χρόνῳ τῆς κατὰ φύσιν ἡσυχάζει· καὶ πότερον ἡ κίνησις αὐτῆς συστελλομένη ὠκυτέρα τῆς κατὰ φύσιν κινήσεως ἐστὶν ἢ βραδυτέρα.

nis impetus non eſt aequalis amborum animalium. Aſſuescere igitur te oportet ut celeritatem et tarditatem temporis dignoscas. Ac de hoc quidem, ſicuti dicebam, in tertio de dignotione libro copioſiſſime dictum eſt et in prima parte ſecundi: e ſyſtole autem in primo abſolutiſſime ſcriptum eſt; ubi oſtendi in languidis pulſibus ipſam dignosci minime poſſe, ac praecipue quando tunica arteriae mollis eſt, in vehementibus autem pulſibus poſſe et in iis qui medii ſunt vehementia et magnitudine. De mollitie autem arteriae nihil oportet deſinire in vehementibus, nunquam enim idem pulſus vehemens ſimul eſt et mollis, ſed vel durus, vel moderatus, ac ſecundum naturam in hoc genere. In vehementibus igitur pulſibus, ſi leniter arteriam premas, ſenties utrum ſtatim redeat ad ſyſtolen, externam quietem brevis temporis faciens, an longiori tempore quam ſecundum naturam ſit quiescat, et utrum motio ipſius dum contrahitur, motione quae ſecundum naturam eſt cele-

Ed. Chart. VIII. [313.]
μέγιστα γὰρ ἐκ τῆς τοιαύτης διαγνώσεως εἰς τὸ προγινώσκειν ὠφεληθήσῃ, ὃ ἔχεις ἐν τέτταρσι βιβλίοις.

Κεφ. θ΄. Τὰς δὲ ποιούσας καὶ τὰς ἀλλοιούσας τοὺς σφυγμοὺς αἰτίας ἑτέρωθι διῆλθον· ἐπιδείκνυμι δ᾽ ἐν αὐτοῖς πρώτας μὲν τὰς οἷον συνεκτικὰς αὐτῶν αἰτίας, δευτέρας δὲ τὰς προηγουμένας, καὶ τρίτας τὰς προκαταρχούσας, ἃς δὴ καὶ προκαταρκτικὰς ὀνομάζουσιν. εὔδηλον δ᾽ ὅτι διαφέρει μηδὲν ἢ θηλυκῶς εἰπεῖν αἰτίας, ἢ οὐδετέρως αἴτια. μεμνῆσθαι μέντοι χρὴ πρὸ πάντων ὅπως ἔφαμεν ὀνομάζειν ἐνίοτε συνεκτικὸν αἴτιον, ὅτι μὴ κυρίως, ἀλλὰ καταχρώμενοι τῇ προσηγορίᾳ. τὸ μὲν γὰρ κυρίως λεγόμενον αἴτιον συνεκτικὸν οὔτ᾽ ὠνόμασέ τις ἄλλος πρὸ τῶν Στωϊκῶν οὔτ᾽ εἶναι συνεχώρησε· τὰ δὲ καὶ πρὸ ἡμῶν οἷον συνεκτικὰ λεγόμενα γενέσεώς τινος, οὐχ ὑπάρξεως αἴτια. δέδεικται γὰρ οὔτ᾽ ἄλλου τινὸς αἴτιον πρότερον οὐδὲν, ὅτι μὴ γενέσεως· ἀλλ᾽ οὐ πᾶν τὸ γενέσεως αἴτιον ὀνομάζομεν, ὡς ἔφην, καταχρώμενοι, συνεκτικὸν,

rior ſit, an tardior, plurimum enim ex hac dignotione ad praecognoscendum juvaberis, quod in quatuor libris habes.

Cap. IX. Cauſas autem tum quae pulſus faciunt, tum quae alterant alibi percurrimus, illic autem oſtendo, primas quidem, quae veluti continentes ipſorum ſunt cauſae; ſecundas autem quae antecedentes et tertias, quae praeincipientes, quas ſane προκαταρκτικὰς nominant. Conſtat autem differre nihil, ſive foeminino genere dicas *αἰτίας*, ſive neutro *αἴτια*. Meminiſſe ſane prae omnibus oportet, quemadmodum diximus, nominare nos quandoque continentem cauſam, non proprie certe, ſed appellatione abutentes. Cauſam enim quae proprie continens dicitur neque nominavit quispiam alius ante Stoicos, neque eſſe conceſſit. Quae vero a nobis veluti continentes dicuntur, generationis cujusdam, non ſubſiſtentiae cauſae ſunt; oſtenſum eſt enim neque alterius cujusdam rei cauſam priorem ullam eſſe, niſi generationis; ſed non omnem generationis cauſam nominamus, etiam nomine, ut dixi, abutentes,

Ed. Chart. VIII. [313.]
ἐκεῖνο δὲ μόνον ὃ ποιητικόν ἐστι τῶν ἐν τῷ γίνεσθαι τὸ εἶναι κτωμένων, οἷον ὀρχήσεως, πυγμῆς, πάλης, δρόμου, πασῶν τῶν ἐνεργειῶν· κινήσεις γάρ εἰσι δραστικαὶ, διὰ ταύτας δὲ καὶ παθητικαὶ κινήσεις ἐν τῷ γίνεσθαι τὴν ὕπαρξιν ἔχουσι. τοιαύτης μὲν οὔσης καὶ τῆς κατὰ τοὺς σφυγμοὺς ὑπάρξεως, αἰτίαι ποιητικαὶ τρεῖς ἐδείχθησαν, ἥ τε δύναμις ἡ κινοῦσα τὰς ἀρτηρίας καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ ἀγγείου καὶ ἡ χρεία δι᾽ ἣν κινεῖται, δέδεικται δ᾽ ἐν τῷ περὶ χρείας σφυγμῶν γράμματι, τὸ σύμπαν εἰπεῖν ἐν κεφαλαίῳ περιλαβόντα, φυλακὴν τῆς ἐμφύτου θερμασίας τὴν χρείαν τῶν σφυγμῶν ὑπάρχειν. ὄντων γὰρ δυοῖν μερῶν τοῦ σφυγμοῦ, διαστολῆς τε καὶ συστολῆς, τὴν μὲν διαστολὴν ἐμψύξεως ἕνεκεν ἐδείξαμεν γίγνεσθαι τὰ πολλὰ, σπανίως δέ ποτε καὶ ῥιπίσεώς τε καὶ ἀναψύξεως, ὥσπερ γε καὶ μορίου τινὸς αὐτῆς βραχέος ἕνεκα τοῦ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον πνεύματος· τὴν συστολὴν δὲ ἀποχύσεως οἷον αἰθαλωδῶν καὶ καπνωδῶν περιττωμάτων. τὰ μὲν γὰρ ἐκ τῶν ψυχροτέρων τε χυμῶν καὶ ὑγροτέρων, κατεργαζομένων ὑπὸ τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἢ σηπομένων ὑπὸ

continentem, sed illam duntaxat quae effectiva est eorum quae sint dum fiunt, ut saltationis, pugnae, luctae, cursus, omnium denique actionum, motiones enim sunt activae: ob has vero et passivae motiones dum fiunt, subsistentiam habent. Quum igitur talis quoque sit et in pulsibus subsistentia, causae effectivae tres ostensae sunt, facultas quae movet arterias, corpus ipsum vasis et usus propter quem movetur. Ostensum est autem in libro de usu pulsuum, ut totum brevi summa complectamur, usum ipsum pulsuum innatae caliditatis esse custodiam. Quum enim duae sint pulsus partes, diastole et systole; diastolen quidem refrigerandi causa ut plurimum fieri ostendimus, raro tamen quandoque ventilandi et accendendi; quemadmodum et portionem aliquam ipsius exiguam gratia nutriendi spiritum qui in cerebro est; systolen vero effundendi gratia ea excrementa quae veluti fuliginosa sunt ac fumosa. Nam quae ex frigidioribus ac humidioribus humoribus, qui vel a caliditate innata conficiuntur, vel ab ea quae praeter

Ed. Chart. VIII. [313. 314.]

τῆς παρὰ φύσιν, εἰς τὸ περιέχον ἀποῤῥέοντα κατὰ τὴν ἄδηλον αἰσθήσει διαπνοὴν ἔοικε καπνῷ, τὰ δὲ ἐκ τῶν θερμῶν ἢ ξηρῶν αἰθάλῃ τε καὶ λιγνύι. ψυχρὸς μὲν οὖν χυμὸς ὁ ἰδίως καλούμενος ὠμὸς, ὑγρὸς δὲ καὶ ψυχρὸς τὸ φλέγμα. συλλαμβάνοντες δὲ ὡς τὰ πολλὰ μιᾷ προσηγορίᾳ τοὺς χυμοὺς ἀμφοτέρους ὀνομάζομεν φλεγμώδεις καὶ φλεγματικούς. ξηρὸς δὲ χυμός ἐστιν ὁ τῆς μελαίνης χολῆς, ὁ δὲ τῆς ὠχρᾶς τε καὶ ξανθῆς χολῆς οὐ ξηρὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ θερμός· ἡ δὲ ἰώδης χολὴ μεταξὺ τούτων ἐστίν. οὔσης δὲ καὶ τῆς μελαίνης διττῆς, κατά τε τὴν γένεσιν καὶ τὴν δύναμιν, ἐπειδὴ καὶ τῆς ξανθῆς ὑπεροπτηθείσης γίνεται καὶ τοῦ παχέος τε καὶ ἰλυώδους αἵματος, ὅπερ ἀνάλογόν ἐστι τῇ κατὰ τοὺς οἴνους τρυγὶ, τῆς δὲ ἰώδους χολῆς ἡ γένεσις ἐν τῇ τῆς ὠχρᾶς μεταβολῇ γίνεται.

Κεφ. ι'. Ὅταν μὲν οὖν ἡ θερμασία πλείων αὐξηθῇ κατὰ τὸ σῶμα τοῦ ζώου, τῆς διαστολῆς τῶν ἀρτηριῶν ἡ χρεία γίνεται μείζων· ὅταν δὲ τὸ καπνῶδες ἢ λιγνυῶδες περίττωμα, τῆς συστολῆς. ἔνθα δὲ ἡ χρεία τὴν αὔξησιν ἴσχει, τὸ τάχος

naturam eſt [314] putreſiunt, in ambientem aërem per tranſpirationem ſenſui occultam effluunt, fumo aſſimilantur; quae vero a calidis vel ſiccis, ſavillae ac ſuligini. Ac frigidus quidem eſt humor qui proprie crudus nominatur, humidus autem et frigidus ipſa pituita. Plerumque tamen una appellatione utrosque humores comprehendimus et pituitoſos nominamus. Atrae vero bilis humor ſiccus eſt; pallidae autem et flavae non ſiccus ſolum, ſed et calidus. Aeruginoſa autem bilis media inter hos eſt. Quum autem et bilis atra tum generatione tum facultate duplex ſit, quandoquidem et ex flava bile ſuperaſſata fit et craſſo ac veluti limoſo ſanguine, qui proportione reſpondet faeci quae in vicinis eſt, aeruginoſae ſane bilis generatio in pallidae mutatione fit.

Cap. X. Cum ergo caliditas copioſior in animalis corpore aucta fuerit, major evadit uſus diaſtoles arteriarum; quum autem fumoſum vel fuliginoſum excrementum, ſyſtoles. Ubi vero ipſe uſus incrementum obtinet, cele-

Ed. Chart. VIII. [314.]
ἐνταῦθα καὶ τὸ μέγεθος αὐξάνεται τοῦ διαστήματος, ὃ διεξέρχεται τὸ σῶμα τῆς ἀρτηρίας ἢ διαστελλόμενον ἢ συστελλόμενον. ὥστε μείζων μὲν ὁ σφυγμὸς ἔσται διαστελλομένης αὐτῆς, αὐξηθείσης ἁπλῶς τῆς θερμασίας· ἐπιπλεῖστον δὲ ἀποχωρήσει κατὰ τὰς συστολὰς, ἔνθα καπνῶδες ἢ λιγνυῶδες ἀποχεῖται περίττωμα. τὸ μὲν οὖν τῆς διαστολῆς μέγεθος αἰσθήσει διαγνῶναι ῥᾷστόν ἐστι, τὸ δὲ τῆς συστολῆς ἀδύνατον. ἐδείχθη γὰρ ἐν τοῖς περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν ἐκφεῦγον αὐτὴν τὸ πλεῖστον τῆς συστολῆς. τὸ τάχος οὖν μόνον τῆς ἀποχωρήσεως ἅμα τῇ βραχύτητι τῆς ἐντὸς ἠρεμίας ἐνδείξεταί σοι τὸ πλῆθος τῶν ἐν ταῖς ἀρτηρίαις περιττωμάτων. ἐδείχθη γὰρ περὶ τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων ἐπειγομένη πρὸς τὴν τῆς συστολῆς ἐνέργειαν ἡ φύσις, ἐπειδὰν καταπνίγηται τοῖς περιττώμασιν· ἡ δὲ ἔπειξις καὶ τὴν ἐκτὸς ἡσυχίαν αὐτῆς συντέμνει, καὶ τὸ τάχος τῆς συστολῆς αὐξάνει. δέδεικται δὲ καὶ ὅτι μετρίως ἔχουσα τῆς τοῦ σώματος συστάσεως ἡ ἀρτηρία πρῶτον μεν τὸ μέγεθος αὐξάνει τῆς θερμασίας ἐπιτεινομένης, δεύτερον δὲ τὸ τάχος. ὅταν δ᾽ ἱκανῶς ἐκπυρωθῇ, μεγάλους ἅμα καὶ

ritas illic et magnitudo augetur ſpatii quod percurrit corpus arteriae, dum ipſum vel dilatatur vel contrahitur; quare major quidem pulſus erit, dum ipſa dilatatur, aucta ſimpliciter ipſa caliditate; plurimum autem recedet per ſyſtolas, ubi fumoſum vel fuliginoſum effundit excrementum. Ac diaſtoles quidem magnitudo ut ſenſu dignoscatur facillimum eſt; ſyſtoles autem impoſſibile. Oſtenſum enim eſt in libris de pulſuum dignotione plurimam ſyſtoles partem ſenſum effugere. Celeritas igitur ſola receſſionis una cum brevitate internae quietis indicabit tibi multitudinem excrementorum quae in arteriis ſunt. Oſtenſum enim eſt in libris de cauſis pulſuum, naturam ad ſyſtoles actionem feſtinare, ubi ab excrementis ſuffocatur; feſtinatio autem tum externam quietem minuit tum ſyſtoles celeritatem auget. Oſtenſum eſt etiam arteriam quae mediocriter in corporis conſtitutione ſe habeat, primo quidem magnitudinem augere, ubi nimirum caliditas intendatur; ſecundo vero celeritatem; quando autem ſatis ignita

Ed. Chart. VIII. [314.]
ταχεῖς ἐργάζεται τοὺς σφυγμούς· εἰ δ᾽ ἐπιπλεῖστον, καὶ πυκνούς. ἔνθα δὲ τὸ μὲν πλῆθος οὐδέπω τῆς θερμασίας ηὔξηται, τὰ δὲ καπνώδη τε καὶ λιγνυώδη περιττώματα πλεονάζει, τάχος, μὲν οὐ δὲ μέγεθος προσέρχεται, συναιρεῖται δὲ ἡ πυκνότης, καὶ σαφῶς ὠκυτέρα φαίνεται κατὰ τὴν εἰς ἑαυτὴν σύνοδον ἡ κίνησις τῆς ἀρτηρίας. καὶ τοῦτ᾽ ἐστὶν ἀψευδέστατον σημεῖον ἀρχομένης εἰσβολῆς παροξυσμοῦ τοῦ πρόσθεν ὄντος ἐν τῷ κάμνοντι. σαφεστάτη μὲν οὖν ἐφ᾽ ὧν προεπιστάμεθα τοὺς σφυγμοὺς γίνεται, δυσκολωτέρα δ᾽ ἐπ᾽ ἄλλων, καὶ πολλῶν δεομένη πρὸς τὴν μνήμην τῶν κοινῶν μέτρων ἐκείνων τῶν σωμάτων, ὧν ἡψάμεθα τῶν σφυγμῶν. ἅτε γὰρ ἐν ποσότητι κειμένης τῆς γνώσεως, οὐχ ἡ αὐτὴ πᾶσίν ἐστι.

Κεφ. ια΄. Προσέχειν οὖν χρὴ τὸν νοῦν μέτροις κοινοῖς τῶν ὑγιαινόντων, ὥσθ᾽ ὅταν ὑπὲρ ταῦτα φαίνηταί τι γένος σφυγμοῦ, παρὰ φύσιν τε νομίζειν αὐτὸ καὶ σημεῖον ἡγεῖσθαι τῆσδέ τινος εἶναι διαθέσεως. ἐπεὶ δὲ πλάτος ἔχει τὸ κοινὸν τῶν ἀνθρώπων μέτρον, ἄμεινον οὐχ ἁπλῶς ἐπὶ πάν-

fuerit, magnos ſimul et celeres efficere pulſus; ſi autem plurimum, etiam frequentes; ubi autem copia quidem caliditatis nondum aucta ſit, ſumoſa autem et fuliginoſa excrementa redundent, celeritatem quidem, non magnitudinem accedere, conſtringi autem frequentiam celerioremque manifeſte apparere arteriae motionem, dum in ſe ipſam coit. Et hoc eſt minime omnium fallax ſignum incipientis invaſionis paroxysmi, ubi nulla prius occaſio in laborante exſtiterit. Ac apertiſſima quidem eſt in iis quorum pulſus prius noveramus, difficilior autem in aliis multasque, ut memoriae mandetur, requirit communes menſuras eorum corporum quorum pulſus tetigeramus. Quum enim praecipue in quantitate cognitio ponatur, haec non eadem eſt omnibus.

Cap. XI. Mentem ergo adhibere oportet menſuris communibus bene valentium, ut cum ſupra hos aliquod genus pulſuum appareat, praeter naturam illud judices, ac alicujus affectionis ſignum eſſe cenſeas. Quoniam autem latitudinem habet communis hominum menſura, ſatius eſt

Ed. Chart. VIII. [314.]

των, ἀλλὰ κατ᾽ εἴδη τε καὶ διαφορὰς ἐπεσκέφθαι τὰ κοινὰ μέτρα πλειόνων ἀνθρώπων ἐφ᾽ ἑκάστου γένους σφυγμῶν. ἔστι δὲ καθ᾽ ὅλον μὲν εἰς θερμότητα καὶ ψυχρότητα καὶ ἰσχνότητα καὶ τάχος ἡ τῶν κοινῶν μέτρων ἀναγωγὴ, τούτων δὲ αὐτῶν ἐν μέρει καθ᾽ ἡλικίας καὶ φύσεις καὶ τὴν τοῦ περιέχοντος ἀέρος ἀποκατάστασιν ἐν ὥραις καὶ χώραις. ἔμαθες δὲ περὶ τούτων ἐν τῷ γεγραμμένῳ βιβλίῳ τοῖς εἰσαγομένοις περὶ σφυγμῶν, ὃ καὶ αὐτὸ βέλτιόν ἐστι προανεγνῶσθαι τοῦδε. λεχθήσεται δὲ καὶ νῦν τὰ κατ᾽ αὐτὸ χάριν τοῦ μηδὲν ἐλλείπειν τῶν ἀναγκαίων τῇ νῦν ἐνεστώσῃ πραγματείᾳ, ἀλλ᾽ ἔχειν τοὺς φιλοπονεῖν βουλομένους ἐν ἐλαχίστῳ μὲν τὰ πρῶτα καὶ ἀναγκαιότατα κατὰ τὴν εἰσαγωγὴν, ἐν διεξόδῳ δὲ τελεωτάτῃ τὰ κατὰ τὴν μεγάλην πραγματείαν, ἐν τῷ μέσῳ δ᾽ ἀμφοῖν τὰ νῦν λεγόμενα.

Κεφ. ιβ΄. Γέγραπται μὲν οὖν καὶ Ἡροφίλῳ τὰ κατὰ τοὺς χρόνους μετὰ τῆς διαστολῆς τε καὶ συστολῆς, ἕνεκα τῶν ἡλικιῶν εἰς ῥυθμοὺς ἀνάγοντι τὸν λόγον.

non ſimpliciter in omnibus, ſed per ſpecies et differentias conſiderare communes plurium hominum menſuras in unoquoque genere pulſuum. Communes autem hae menſurae univerſim quidem in caliditatem et frigiditatem, gracilitatem et craſſitudinem reducuntur, particulatim vero eae ipſae ſecundum aetates et naturas et ambientis aëris conſtitutiones, in anni temporibus et regionibus. De his autem didiciſti in eo libro qui de pulſibus ad tirones ſcriptus eſt; quem ſane librum melius eſt ut ante hunc legas. Dicentur tamen et nunc quae in eo ſcripta ſunt, quo nihil deſit ex neceſſariis in hac quae prae manibus eſt tractatione, habeantque qui laboris ſtudioſi eſſe volunt, breviſſimo quidem ſermone contenta quae prima ac maxime neceſſaria ſunt in iſagoge; abſolutiſſima autem diexodo, quae in magna tradita ſunt tractatione; medio autem inter utrosque quae nunc dicuntur.

Cap. XII. Ac ſcriptae quidem ſunt etiam ab Herophilo menſurae quae ſunt ſecundum tempora diaſtoles et ſyſtoles, aetatum cauſa rationem in rhythmos redigente.

Ed. Chart. VIII. [314.]

ὥσπερ γὰρ ἐκείνους οἱ μουσικοὶ κατά τινας ὡρισμένας χρόνων τάξεις συνιστῶσι παραβάλλοντες ἀλλήλαις ἄρσιν καὶ θέσιν, οὕτως καὶ Ἡρόφιλος ἀνάλογον μὲν ἄρσει τὴν διαστολὴν ὑποθέμενος, ἀνάλογον δὲ θέσει τὴν συστολὴν τῆς ἀρτηρίας, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ νεογενοῦς παιδίου τὴν τήρησιν ἐποιήσατο, πρῶτον χρόνον αἰσθητὸν ὑποθέμενος ἐν ᾧ διαστελλομένην εὕρισκε τὴν ἀρτηρίαν, ἴσον δ' αὐτῇ καὶ τὸν τῆς συστολῆς εἶναι φησὶν, οὐ πάνυ τι διοριζόμενος ὑπὲρ ἑκατέρας τῶν ἡσυχιῶν. οἷς γὰρ ἀναίσθητός ἐστιν ἡ τῆς ἀρτηρίας συστολὴ, τούτοις εἰς δύο χρόνους τοὺς πάντας ὁ ῥυθμὸς τοῦ σφυγμοῦ μερίζεται, τόν τε τῆς αἰσθητῆς κινήσεως, ἡνίκα πλήττει τὴν ἁφὴν ἡμῶν ἡ ἀρτηρία διαστελλομένη, καὶ τὸ λοιπὸν ἅπαντα συγκείμενον ἔκ τε τῆς ἐκτὸς ἠρεμίας καὶ τῆς μετ' αὐτὴν συστολῆς, καὶ τῆς ἐπ' ἐκείνῃ πάλιν ἠρεμίας καὶ τῶν πρώτων τῆς διαστολῆς, ἅπέρ ἐστιν ἀναίσθητα καὶ αὐτά. καὶ διὰ τοῦτο εἰς πληγὴν καὶ διάλειμμα μερίζουσι τὸν σφυγμὸν, ἐν τῷ τοῦ διαλείμματος ποσῷ πυκνότητα καὶ ἀραιότητα τιθέμενοι, καθάπερ ἐν τῷ τῆς πληγῆς τάχος καὶ βραδυτῆτα.

Quemadmodum enim illos muſici ſecundum quosdam determinatos temporum ordines conſtituunt, comparantes inter ſe arſim et theſim, ita quoque Herophilus arſi quidem diaſtolen proportione respondere ſupponens, theſi vero ſyſtolem, auſpicatus a nuper nato puerulo, obſervationem fecit, primum tempus ſenſile ſupponens, in quo dilatari arteriam comperit, aequale autem ipſi et ſyſtoles tempus eſſe ait, haud magnopere de utraque quiete determinans. Quibus enim inſenſilis eſt arteriae ſyſtole, iis in duo tempora univerſa rhythmus ipſius pulſus dividitur, hoc eſt in tempus ſenſilis motionis, quando arteria dum dilatatur, noſtrum tactum percutit et in reliquum totum tempus quod componitur tum ex externa quiete et ſyſtole, quae poſt ipſam eſt, tum ex quiete rurſus, quae poſt illam eſt, et ex primis diaſtoles partibus, quae ſane et ipſae ſunt inſenſiles. Et ob id pulſum in percuſſionem et intervallum partiuntur, in intervalli quantitate frequentiam et raritatem ponentes, quemadmodum in percuſſionis quantitate celeritatem et

Ed. Chart. VIII. [314. 315.]

καθ᾽ ὅσον μὲν οὖν δι᾽ ἴσου τὸν τοῦ ῥυθμοῦ σφυγμὸν εἶναί φησιν ἐπὶ τῶν ἀρτιγενῶν ὁ Ἡρόφιλος, κατὰ τοσοῦτο διαγινώσκειν ἔδοξέ μοι τὴν ἀρχὴν τῆς συστολῆς· καθ᾽ ὅσον δὲ πάλιν ἄχρι δέκα χρόνων τῶν πρώτων ἐκτείνει τὴν συστολὴν τῆς τῶν γερόντων ἀρτηρίας, κατὰ τοσοῦτο μηκέτι διαγινώσκειν, ἀλλὰ τὴν διαστολὴν ταῖς αἰσθηταῖς κινήσεσι γνωρίζειν, ἃς ἐκ τοῦ πλήττεσθαι τοὺς δακτύλους ἡμῶν διαγινώσκομεν, τὴν συστολὴν δὲ πᾶν τὸ λοιπὸν τίθεσθαι καθ᾽ ὃ κινήσεως οὐκ ᾐσθάνετο. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς Ἡροφίλου περὶ τοὺς σφυγμοὺς τέχνης ἐατέον.

Κεφ. ιγ΄. Νυνὶ δ᾽ ὅσον εἰς τὰ τῆς τέχνης ἔργα χρήσιμον ἐκ μακρᾶς πείρας μνήμης ἕνεκα λαβεῖν, εἰρήσεται. παιδίων γὰρ ἁψάμενος πάνυ ἀρτιγενῶν, ἐπ᾽ ὀλίγων ἠδυνήθην ἐναργῶς διαγνῶναι τὴν ἀρχὴν τῆς συστολῆς, ὅπερ ἀποχώρησίν τε καὶ ἀπόστασιν τῆς ἀρτηρίας ὀνομάζω. τηνικαῦτα γὰρ ἀφισταμένη τῆς ἡμετέρας ἁφῆς, εἰς τὸ βάθος ἀποχωρεῖ τοῦ σώματος. ἐφ᾽ ὧν δ᾽ οὐκ ἠδυνήθην ἐναργῶς διαγνῶναι τὴν ἀποχώρησιν, ἐπὶ τούτων ὁ χρόνος τῆς αἰσθητῆς κινήσεως, ἣν ἐν τῷ

tarditatem. Quatenus igitur aequalis rhythmi esse pulsum in nuper natis ait Herophilus, eatenus etiam dignoscere mihi visus est principium systoles, quatenus vero rursus usque ad decem tempora prima extendit systolen arteriae senum, eatenus non amplius dignoscere visus est, sed diastolen sensilibus motionibus agnoscere, quas, quia nostros percutiunt digitos, dignoscimus, systolen vero totum id quod reliquum est ponere in quo motionem non sentiebat. Sed de Herophili quidem circa pulsus arte praetereundum est.

Cap. XIII. Nunc autem quicquid ad artis opera ex longo experimento memoriae gratia sumere utile est dicetur. Quum enim puerulos tangerem nuperrime natos, in paucis potui aperte dignoscere principium [315] systoles, quod sane arteriae recessionem et abscessionem nomino, tunc enim abscedens a nostro tactu in profundum corporis recedit. In quibus autem non poteram aperte dignoscere recessionem, in iis tempus sensilis motionis, quam dum

Ed. Chart. VIII. [315.]

προσπίπτειν ἡμῖν ἡ ἀρτηρία ποιεῖται προστιθεμένου καὶ τοῦ τῆς ἐκτὸς ἡσυχίας, ποτὲ μὲν ἴσος ὑπάρχειν ἔδοξέ μοι τῷ λοιπῷ παντὶ, ποτὲ δὲ ἐλάττων. ἐφ᾽ ὧν δὲ οὐδ᾽ ὅλως ἦν ἡ συστολὴ διαγνωστὴ, σαφέστατα μείζων ἦν τοῦ κατὰ τὴν αἰσθητὴν διαστολὴν χρόνου (μόνου) σύμπας ὁ λοιπὸς, ὃν ὀνομάζουσι διάλειμμα. ἐφεξῆς δ᾽ ἀεὶ κατὰ τὸν μεταξὺ χρόνον ἅπαντα τῆς τε πρώτης ἡμέρας, ἐν ᾗ τὸ παιδίον ἐγεννήθη, καὶ τῆς ἐσχάτης, ἐν ᾗ διεξελθὸν ἁπάσας τὰς ἡλικίας ἀπέθανεν, οἱ χρόνοι πάντες ηὐξάνοντο, τέτταρες μὲν ὄντες, οὐ μὴν οἱ αὐτοί γε καθ᾽ ὕπαρξίν τε καὶ πρὸς τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν. οἱ μὲν οὖν κατ᾽ αὐτὴν τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν ὑπάρχοντες χρόνοι τέτταρες ἐκ δυοῖν κινήσεων καὶ δυοῖν ἠρεμιῶν σύγκεινται· κινήσεων μὲν διαστολῆς τε καὶ συστολῆς καὶ τῆς ἐντὸς ἐπὶ τῇ συστολῇ πρὸ τῆς διαστολῆς. οἱ κατ᾽ αἴσθησιν δὲ τέτταρες καὶ οἵδε εἰσὶ, πρῶτος μὲν ὁ τοῦ πλείστου τῆς διαστολῆς, ἐπειδὴ τῆς ἀρχῆς αὐτῆς ἔδειξα κατὰ τὰ περὶ τῶν διαγνώσεων ὑπομνή-

nobis occurrit arteria, facit addito etiam tempore externae quietis, aliquando quidem aequale visum est mihi reliquo toti, aliquando autem minus. In quibus autem nullo modo dignosci potest systole, in iis totum illud reliquum tempus, quod intervallum nominant, apertissime quidem majus erat quam id solum quod in sensili diastole positum est. Deinceps vero semper per totum illud tempus quod est inter primam diem, in qua infantulus genitus est, et extremam, in qua transactis omnibus aetatibus obiit; tempora omnia aucta sunt, quae sane quatuor quidem sunt, non sunt eadem tamen secundum subsistentiam et ad nostrum sensum. Ac illa quidem tempora quae secundum ipsam rerum naturam sunt quatuor ex duabus motionibus et duabus quietibus constant; motionibus quidem diastole et systole, quietibus autem tum externa, quae fit post diastolen ante systolen, tum interna, quae fit post systolen ante diastolen. Illa vero quae ad sensum sunt, quatuor et ipsa sunt. Primum quidem quo plurimum de diastole persentitur, quandoquidem ostendi in libris de dignotione pul-

Ed. Chart. VIII. [315.]

ματα μὴ δυναμένην αἰσθέσθαι τὴν ἁφήν· ἐφεξῆς δ' ὁ τῆς ἐκτὸς ἡσυχίας ὅλος αἰσθητὸς, ἐάν γέ τις αἰσθάνηται ἀποχωρήσεως· εἶτ' ἐπ' αὐτῶν τρίτος ὁ τοῦ τῆς συστολῆς αἰσθητός· τὰ γὰρ μετὰ τὴν ἀποχώρησιν αὐτῆς ἐδείχθη πάντα ἀναίσθητα· τέταρτος δ' ἐστὶν ἐπὶ τούτοις χρόνος συγκείμενος ἔκ τε τῶν ὑστέρων τῆς συστολῆς καὶ τῆς ἐντὸς ἡσυχίας καὶ τῶν πρώτων τῆς διαστολῆς. πάντες οὖν, ὡς ἔφην, οἱ χρόνοι μηκύνονται προβαινούσης τῆς ἡλικίας· οὓς διὰ μακρᾶς μὲν τριβῆς ἔνεστι τῇ μνήμῃ παραθέσθαι, λόγῳ δ' ἑρμηνεύειν ἀδύνατον. οὐ γὰρ ὁπηλίκος ἐστὶν ὁ πρῶτος χρόνος, ὃν ἐπὶ τῶν ἀρτιγενῶν ἔφην εὑρεῖν ἡμᾶς, οὔθ' ὁπόσον αὐξάνεται προϊούσης γε τῆς ἡλικίας, οἷόν τε λόγῳ διδάσκειν· ἀλλὰ τῆς ἑκάστου φιλοπονίας ἐστὶ τοῦτ' ἔργον, ἵνα πολλῶν μὲν παίδων ἅψηται, πολλῶν δὲ μειρακίων, πολλῶν δὲ ἀκμαζόντων, καὶ παρακμαζόντων, καὶ δὴ καὶ γερόντων. οὕτω γὰρ μόνος δυνήσεται τὸ κοινὸν πλάτος τῶν μέτρων τῇ μνήμῃ παραθέσθαι· μεθ' ὃ μέτρον, εἰ καὶ μήπω πρότερον ἡμμένος εἴη τοῦ

ſuum ejus principium a ſenſu percipi non poſſe. Deinceps autem tempus externae quietis totum ſenſibile, ſi ſane quis receſſionem perſentiat. Ab his tertium tempus ſyſtoles ſenſibile, nam quae poſt receſſionem ipſius ſunt, inſenſibilia omnia eſſe oſtenſum eſt. Quartum autem eſt ab his tempus compoſitum tum ex ultimis ſyſtoles partibus, tum ex interna quiete, tum ex primis diaſtoles partibus. Omnia igitur, ut dixi, tempora producuntur progrediente aetate; quae longo quidem uſu memoriae mandari poſſunt, oratione autem explicari non poſſunt. Neque enim quantum ſit primum tempus, quod in nuper natis dixi nos invenire, neque quantum procedente aetate augeatur, oratione doceri poteſt; ſed hoc quisque ſua diligentia indagare debet, ita ut multos quidem pueros tangat, multos etiam adolescentes, multos item aetate vigentes et declinantes et ſane etiam ſenes. Hoc enim duntaxat modo poterit communem latitudinem menſurarum memoria mandare. Poſt quam menſuram, licet nondum prius laborantem tetigerit,

Ed. Chart. VIII. [315.]

κάμνοντος, εἰπεῖν δυνήσεται παρὰ φύσιν ἔχειν αὐτόν. συναιρεῖται γὰρ ἥ τ᾽ ἐκτὸς ἡσυχία καὶ τὰ τῆς ἐπισημασίας ὅ τε τῆς ἀποχωρήσεως χρόνος. ἥ γε μὴν διαστολὴ κατὰ ταύτας εἰσβολὰς τῷ χρόνῳ φαίνεται βραδεῖα . . . . . καὶ ὅταν ταῦθ᾽ εὕρῃς, πλῆθος νόει μοι θερμασίας κατὰ τὴν καρδίαν εἶναι, τὰ δ᾽ οἷον καπνώδη περιττώματα πολλὰ, δι᾽ ἃ βραχύνει τὴν ἐκτὸς ἡσυχίαν ἡ φύσις, ἐπειγομένη πρὸς τὴν ἀπόκρισιν αὐτῶν αὐτήν τε τὴν συστολὴν, καθ᾽ ἣν ἡ ἀπόστασις. τῶν δὲ πικροχόλων πυρετῶν, ὁποῖός ἐστι καὶ ὁ ἀκριβὴς τριταῖος, εἰς μέγεθός τε καὶ τάχος ἡ διαστολὴ πολὺ τοῦ κατὰ φύσιν ἐξίσταται· τὴν δ᾽ ἐκτὸς ἠρεμίαν καὶ τὸ τάχος τῆς ἀποχωρήσεως οὐκ ἀνάλογον ἴσχει τῷ μεγέθει καὶ τάχει τῆς διαστολῆς, ἀλλ᾽ ἀπολείπεται πάμπολυ. ὥστε σοὶ τὴν ἀρχὴν τῆς συστολῆς ἐθισθέντι διαγινώσκειν οὐ μόνον ὑπάρξει γνωρίζειν εἰσβολὰς παροξυσμῶν πυρετικῶν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν σηπομένων χυμῶν εἶδος, ἐφ᾽ οἷς τοὐπίπαν αἱ πυρετώδεις νόσοι συνίστανται. σπάνιοι γὰρ οἱ ἑκτικοὶ, μεταξὺ δ᾽ ἀμφοτέρων κατὰ τὸν ἀριθμόν εἰσιν οἱ ἐφήμεροι καλούμενοι ὑφ᾽ Ἱπποκράτους· ἐφ᾽ ὧν,

dicere tamen poterit eum praeter naturam ſe habere. Contrahitur enim tum externa quies in invaſionibus tum receſſionis tempus. Diaſtole sane per has ipſas invaſiones tempore videtur brevis. Atque ubi haec inveneris, copiam mihi cogita adeſſe caliditatis in corde, et excrementa veluti fumoſa multa, ob quae natura externam quietem breviat, ad eorum excretionem, et ad ſyſtolen, per quam excretio fit, feſtinans. In bilioſis autem febribus, cujusmodi eſt et exquiſita tertiana, diaſtole multam a naturali ſtatu in magnitudinem et celeritatem excedit, externam autem quietem et celeritatem receſſionis haud proportione obtinet magnitudinis et celeritatis diaſtoles, ſed plurimum deficit. Quare ſi principium ſyſtoles aſſuetus es dignoſcere, non ſolum invaſiones paroxysmorum febrilium agnoſcere poteris, ſed et ſpeciem putreſcentium humorum, ex quibus ut plurimum febriles morbi conſiſtunt. Rarae enim ſunt hecticae; in medio autem ambarum ſecundum numerum ſunt quae ephemerae, id eſt diariae ab Hippocrate vocantur; in quibus, ut

Ed. Chart. VIII. [315.]
ὡς ἔφην, μάλιστα τὴν ἀρχὴν τῆς συστολῆς γνωρίζων, ἐπὶ λουτρὸν ἄξεις αὐτίκα τὸν κάμνοντα.

Κεφ. ιδ'. Περιττὸν οὖν ἐστι παραβάλλειν τὸν χρόνον τῆς διαστολῆς τῷ χρόνῳ τῆς συστολῆς, ἐάν τε αἰσθάνηταί τις ἐάν τε μὴ τῶν πρώτων τῆς συστολῆς. ἐπιστάμενος γὰρ ἑτέραν μὲν εἶναι τῷ ζώῳ τῆς διαστολῆς χρείαν, ὥσπερ γε καὶ τῆς εἰσπνοῆς, ἑτέραν δὲ τῆς συστολῆς, ὥσπερ γε καὶ τῆς ἐκπνοῆς, ἐκ τῶν ἑκατέρας ἀλλοιώσεων εὑρήσεις τὴν διάθεσιν τοῦ σώματος. οὕτω γοῦν καὶ ἐπὶ τῶν γυμναζομένων, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως κινηθέντων σφοδρῶς, ἡ διαστολὴ μείζων τε γίνεται καὶ θᾶττον. ἐμάθομεν γὰρ αὐξάνεσθαι τὴν χρείαν τῆς διαστολῆς τῶν ἀρτηριῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς, ὥσπερ γε καὶ τὴν τοῦ θώρακος ἐν ταῖς εἰσπνοαῖς, ὅταν ἤτοι δαπάνη γίνηται πλείων τοῦ πνεύματος, ἢ θερμασία δαψιλὴς ἀθροισθῇ καθ' ὅλον τὸ ζῶον, ἢ κυριώτατα καὶ πλεῖστα μέρη, καὶ μάλιστα δηλονότι κατὰ τὴν καρδίαν. οὕτω δὲ καὶ τῆς συστολῆς ἐν τοῖς σφυγμοῖς ἐπιτείνεσθαι τὴν χρείαν ἔμαθες, ὥσπερ καὶ τοῦ θώρακος ἐν ταῖς ἐκπνοαῖς. ἀποχέαι γὰρ ἡ φύσις ἐν ἀμφοτέραις

dixi, cognito ſyſtoles principio, in lavacrum ſtatim laborantes perduces.

Cap. XIV. Supervacaneum igitur eſt tempus diaſtoles tempori ſyſtoles comparare, ſive ſentiat quiſpiam ſive non ſentiat primas ſyſtoles partes. Quum enim ſciveris alterum quidem eſſe animali diaſtoles uſum, ſicuti ſane et inſpirationis, alterum vero ſyſtoles, ſicuti et exſpirationis, ex utriusque alterationibus affectionem corporis invenies. Pari modo et in iis qui ſe exercent, vel alio quovis modo ſe vehementer movent, diaſtole et major fit et celerior. Didicimus enim augeri uſum diaſtoles arteriarum in pulſibus, ſicuti ſane et thoracis in inſpirationibus, quum vel conſumtio fit multa ſpiritus, vel caliditas larga collecta fuerit in toto animali, vel principaliſſimis, vel plurimis partibus, ac praecipue ſane in corde. Ita vero et intendi uſum ſyſtoles arteriarum in pulſibus didiciſti, ſicuti et thoracis in exſpirationibus; natura enim in ambabus motionibus feſtinat,

Ed. Chart. VIII. [307.]
ταῖς κινήσεσιν ἐπείγεται τὸ τεθολωμένον πνεῦμα, ποτὲ μὲν οἷον καπνώδεσι, ποτὲ δὲ οἷον λιγνυώδεσι περιττώμασι προσεοικός. λιγνυῶδες μὲν οὖν περίττωμα τὸ ἀπὸ τῶν λύχνων ἀναφερόμενον, καπνῶδες δὲ τὸ ἀπὸ τῶν χλωρῶν ξύλων. καὶ γίγνεται μὲν λιγνυῶδες ἐκ τοῦ κεκαῦσθαι τὴν εἰς φλόγα δαπανωμένην ὕλην, ὥσπερ γε καὶ τὸ ἀτμῶδες ἐξ ὑγρᾶς οὐσίας χρηστῆς λεπτυνομένης· τὸ δὲ καπνῶδες ἐξ ἀμφοῖν μιχθεισῶν, ὕλην μὲν ἔχον ἐκ γεώδους τε καὶ ὑδατώδους οὐσίας συμμιγῆ, τὴν μεταβολὴν δ' οὐκ ἀκριβῆ, καθάπερ ἡ λιγνὺς, ἀλλ' ἔτι ἀρχομένην. ὅτι δ' οὐδὲν διήνεγκεν αἰθάλην ἢ λιγνὺν ὀνομάζειν, ἢ αἰθαλῶδες ἢ λιγνυῶδες, οἶμαί σε γινώσκειν, εἴπερ ἐν Ἑλλάδι φωνῇ τέθραψαι. ἐν δὲ τῷ παραβάλλειν τὸν χρόνον τῆς διαστολῆς τῷ χρόνῳ τῆς συστολῆς, ὡς Ἡρόφιλος ἠξίου, τὸ μὲν ὅτι παρὰ φύσιν ὁ κάμνων ἔχει δυνατόν ἐστι γνωσθῆναι, καὶ πρὸς τούτῳ γε ὅτι μεγάλως παρὰ φύσιν ἢ μικρῶς. αἱ μὲν γὰρ μεγάλαι τῶν κατὰ φύσιν ῥυθμῶν εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπαὶ μεγάλην σημαίνουσι τὴν βλάβην, αἱ δ' ἧττους μι-

ut turbatum effundat ſpiritum, aliquando quidem veluti fumoſis, aliquando autem veluti fuliginoſis excrementis aſſimilatum. Ac fuliginoſum quidem excrementum eſt quod a lacernis, fumoſum vero quod a viridibus lignis attollitur. Et gignitur quidem fuliginoſum, quod quae in flammam consumitur materia perfecte combuſta ſit; ſicuti ſane et vaporoſum ex humida ſubſtantia utili quae attenuetur; fumoſum vero ex ambabus mixtis, materiam quidem habens ex terreſtri et aquoſa ſubſtantia commixtam, mutationem vero non exquiſitam quemadmodum fuligo, ſed adhuc incipientem. Quod autem nihil differat ſive favillam ſive fuliginem nomines, itemque ſive favillaceum ſive fuliginoſum, arbitror te non ignorare, ſi modo in Graecorum vocibus fueris enutritus. Dum vero comparatur tempus diaſtoles tempori ſyſtoles, ſicuti Herophilus cenſebat, cognoſci poteſt, tum quod praeter naturam ſe habeat laborans, tum praeterea quod multum, vel parum praeter naturam ſe habeat. Magnae enim rhythmorum qui ſunt ſecundum naturam in eos qui praeter naturam ſunt everſiones magnam ſigni-

κροτέραν. βραχεῖαν μὲν οὖν ἐκτροπὴν οἱ παράρυθμοι δηλοῦσι σφυγμοὶ, μείζονα δὲ οἱ ἑτερόῤῥυθμοι, μεγίστην δὲ οἱ ἔκρυθμοι. μέμνησθε γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν σφυγμῶν εἰρημένων, ἐκρύθμους μὲν ὀνομάζεσθαι σφυγμοὺς τοὺς μηδεμιᾶς ἡλικίας ἔχοντας ῥυθμὸν, παραρύθμους τοὺς πλησίον, ἑτεροῤῥύθμους δὲ τοὺς ἑτέρας τινὸς, οὐ πλησίον. ἐκ τούτων μὲν οὖν τέως ἔστι διαγνῶναι τὸ μέγεθος τῆς βλάβης, οὐ μὴν τίς γ᾽ ἐστιν ἡ διάθεσις ἐφ᾽ ἧς ἡ τροπὴ γέγονε τῶν σφυγμῶν, ἐκ ταύτης οὖν τῆς θεωρίας ἔνεστι γνωρίσαι, μετὰ καὶ τοῦ χαλεπὴν εἶναι τὴν ἐξαρίθμησιν τῶν κατὰ τὸν ῥυθμὸν χρόνων. ἣν δ᾽ ἐγὼ νῦν ὁδὸν ὑφήγημαι, καὶ ῥᾳδία γνωσθῆναι καὶ διδάσκει τὴν φύσιν τῆς διαθέσεως τίς ἐστιν, οὐ μόνον τὸ μέγεθας τῆς βλάβης, ἀλλὰ καὶ εὕρεσις γίνεται τῶν βοηθημάτων, ἐν τῇ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου πραγματείᾳ δέδεικται.

Κεφ. ιε΄. Τούτων οὖν ἡμῖν προδιωρισμένων, εἴπωμεν ἤδη τὰ κατὰ τὴν εἰσαγωγὴν γεγραμμένα περὶ τῆς κατὰ φύσιν ἐν τοῖς σφυγμοῖς διαφορᾶς. ἔστι δὲ τάδε. ἄνδρες μὲν

ficant laesionem, minores vero minorem. Ac exiguam quidem eversionem indicant pulsus pararrhythmi, majorem heterorrhythmi, maximam ecrhythmi. Meministis enim in libro primo de differentiis pulsuum ecrhythmos nominari pulsus qui nullius aetatis rhythmum habent, pararrhythmos qui proximae aetatis, heterorrhythmos autem qui alterius cujusdam, non proximae. Ex his ergo jam dignosci potest laesionis magnitudo, non tamen quaenam sit affectio a qua mutatio pulsuum facta fuerit, ex hac certe contemplatione cognosci potest, quum praeterea difficilis sit temporum quae in rhythmo sunt enumeratio. At via cui nunc insisto et cognitu facilis est et naturam affectionis quaenam sit, non magnitudinem laesionis solam docet; quin et hac ipsa via remedia inveniuntur, ut in methodi curandi tractatione ostensum est.

Cap. XV. [316] His igitur a nobis prius definitis, dicamus jam ea quae in isagoge scripta sunt de ea quae secundum naturam est in pulsibus differentia; sunt autem

Ed. Chart. VIII. [316.]

οὖν γυναικῶν ὡς ἐπίπαν μείζονα πολλῷ καὶ σφοδρότερον ὡσαύτως πολλῷ τὸν σφυγμὸν ἔχουσι, καὶ βραδύτερον ὀλίγῳ καὶ ἀραιότερον ἱκανῶς. οἱ δὲ φύσει θερμότεροι μείζονα καὶ ὠκύτερον καὶ πυκνότερον πολλῷ, σφοδρότερον δὲ οὐ πολλῷ. οἱ δὲ ἰσχνότεροι μείζονα μὲν καὶ ἀραιότερον ἱκανῶς. οἱ δὲ φύσει θερμότεροι μείζονα καὶ ὠκύτερον καὶ ἀραιότερον πολλῷ, βραδύτερον δὲ καὶ σφοδρότερον ὀλίγῳ. φύσει μὲν οὖν οὕτως διαφέρουσι. τρέπονται δὲ κατὰ μὲν τὰς ἡλικίας ὧδέ πως. ὁ μὲν τοῦ νεογνοῦ παιδίου πυκνότατος, ὁ δὲ τοῦ γέροντος ἀραιότατος, οἱ δ᾽ ἐν τῷ μεταξὺ πάντες ἀνάλογον, ἐφ᾽ ὅσον ἂν ἢ παιδίου ἢ γέροντος ἐγγύτεροι τυγχάνωσιν ὄντες. ὡσαύτως δὲ ταχύτατος μὲν ὁ τοῦ παιδίου, βραδύτατος δὲ ὁ τοῦ γέροντος, οἱ δὲ τῶν ἄλλων ἡλικιῶν μεταξύ. πολλῷ δὲ μείζων ἡ κατὰ τὴν ἀραιότητα διαφορὰ γέροντος πρὸς παιδίον τῆς κατὰ τὸ τάχος. ἐν δὲ τῇ κατὰ μέγεθος καὶ σφοδρότητα διαφορᾷ μέγιστος μὲν ὡς ἐν ἡλικίαις ὁ τῶν ἀκμαζόντων, μικρότατος δὲ ὁ τῶν γερόντων, μέσος δὲ, βραχεῖ μείζων, ὁ τῶν παιδίων· καὶ σφοδρότατος μὲν ὁ τῶν ἀκμαζόντων, ἀμυδρότατος δὲ ὁ τῶν γερόντων, μέσος δὲ αὐτῶν

haec. Ac viri quidem mulieribus ut plurimum multo tum majorem tum vehementiorem habent pulſum, tardiorem autem paulo ſatisque rariorem. Qui vero natura ſunt calidiores, majorem et celeriorem et frequentiorem multo, vehementiorem autem non multo. Qui autem ſunt graciliores, majorem quidem et rariorem multo, tardiorem autem et vehementiorem paulo. Ac natura quidem ita variantur. Porro per aetates etiam mutantur hoc modo. Infantuli quidem nuper nati pulſus frequentiſſimus, ſenis autem rariſſimus, qui vero intercedunt proportionem habent omnes, prout infantulo, vel ſeni propinquiores ſunt. Eodem modo celerrimus quidem infantuli, tardiſſimus autem ſenis; aliarum vero aetatum pulſus inter hos ſunt medii. Multo autem major eſt quae in raritate eſt differentia ſenis ad infantulum quam quae in tarditate. In ea vero differentia quae in magnitudine et vehementia eſt maximus quidem, quantum ad aetates pertinet, eſt vigentium, minimus ſenum, medius

Ed. Chart. VIII. [316.]
ὁ τῶν παιδίων. οὕτως μὲν οὖν ἐν ταῖς ἡλικίαις οἱ σφυγμοὶ τρέπονται. κατὰ δὲ τὰς ὥρας, ἦρος μὲν τὰ μέσα μεγίστους δὴ καὶ σφοδροτάτους ὡς ἐν ὥραις, τάχει δὲ καὶ πυκνότητι συμμέτρους. ὡσαύτως δὲ καὶ φθινοπώρου τὰ μέσα. προϊὸν δὲ τὸ μὲν ἔαρ ἀφαιρεῖται τοῦ μεγέθους καὶ τῆς σφοδρότητος, προστίθησι δὲ τῷ τάχει καὶ τῇ πυκνότητι· καὶ τέλος ἡνίκα ἂν ἐπιλάβῃ τὸ θέρος, ἀμυδροὶ καὶ μικροὶ καὶ ταχεῖς καὶ πυκνοὶ γίνονται. τὸ δὲ φθινόπωρον προϊὸν ἁπάντων ἀφαιρεῖ, μεγέθους, τάχους, σφοδρότητος καὶ πυκνότητος· ὥστε τοῦ χειμῶνος ἐπελθόντος, εἰς μικρότητα καὶ ἀμυδρότητα καὶ βραδυτῆτα καὶ ἀραιότητα τετράφθαι. ἔοικε δὲ τὰ μὲν πρῶτα τοῦ ἦρος τοῖς ὑστάτοις τοῦ φθινοπώρου, τὰ δὲ ὕστατα τοῦ ἦρος τοῖς πρώτοις τοῦ φθινοπώρου, καὶ τὰ μὲν πρῶτα τοῦ θέρους τοῖς ὑστάτοις τοῦ θέρους, τὰ δὲ πρῶτα τοῦ χειμῶνος τοῖς ὑστάτοις τοῦ χειμῶνος· ὥστε ὅσα μέσου θέρους καὶ μέσου χειμῶνος ἴσον ἀφ᾽ ἑκατέρων ἀφέστηκεν, ὁμοίως τρέπειν· μέσου δὲ θέρους πὴ μὲν ὡσαύτως ἐστὶ, πὴ δὲ ἐναντίως ἔχει

autem ipſorum paulo major eſt pulſus infantulorum. Et vehementiſſimus quidem pulſus vigentium, languidiſſimus ſenum, medius autem ipſorum pulſus infantulorum. Ac ita quidem in aetatibus pulſus mutantur. Per anni autem tempora quidem media maximos ſane et vehementiſſimos faciunt, quantum ad anni tempora attinet, celeritate autem et frequentia moderatos; eodem modo et autumni media. Progrediens autem ver aliquid de magnitudine et vehementia detrahit, celeritati autem et frequentiae addit, et tandem ubi jam ſupervenerit aeſtas, languidi et parvi et celeres et frequentes fiunt. Autumnus autem progrediens de omnibus detrahit, magnitudine, inquam, celeritate, vehementia et frequentia; ita ut hieme ſuperveniente in parvitatem et tarditatem et languorem et raritatem mutati ſint. Aſſimulantur autem prima quidem veris poſtremis autumni, poſtrema autem aeſtatis primis autumni, et prima quidem aeſtatis poſtremis aeſtatis, prima autem hiemis poſtremis hiemis, quare quae a media aeſtate et media hieme aeque in utramque partem diſtant, ſimili modo mutantur, medium

Ed. Chart. VIII. [316.]

μέσῳ χειμῶνος. μικροὶ μὲν γὰρ καὶ ἀμυδροὶ καθ᾽ ἑκάτερον, ὠκεῖς δὲ καὶ πυκνοὶ θέρους καὶ βραδεῖς καὶ ἀραιοὶ χειμῶνος, οὐ μὴν οὕτω μικροὶ θέρους ὡς χειμῶνος, ἀλλ᾽ ἧττον θέρους, οὐδ᾽ οὕτως ἀμυδροὶ χειμῶνος ὡς θέρους, ἀλλ᾽ ἧττον χειμῶνος. αὗται μὲν οὖν αἱ μετὰ ὥρας τῶν σφυγμῶν τροπαί· κατὰ δὲ τὰς χώρας ὡσαύτως ταῖς ὥραις· ἐν μὲν ταῖς ἄγαν ψυχραῖς οἱ μέσου χειμῶνος, ἐν δὲ ταῖς ἄγαν θερμαῖς οἱ μέσου τοῦ θέρους, ἐν δὲ ταῖς εὐκράτοις οἱ μέσου τοῦ ἦρος, ἀνάλογον δὲ κἂν ταῖς μεταξύ· καὶ τῶν ἄλλων δὲ καταστάσεων τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος αἱ μὲν θερμαὶ ταῖς θερμαῖς, αἱ δὲ ψυχραὶ ταῖς ψυχραῖς, αἱ δὲ μέσαι τοῖς μέσοις τοῦ ἦρος ἐοίκασιν.

Κεφ. ιστ΄. Ὅταν οὖν ἐπ᾽ ἄῤῥωστον ὃν οὐ πρόσθεν ἐθεάσω μετακληθεὶς εἰσέλθῃς, ἐπισκόπει πρῶτον μὲν εἰ ἄῤῥην ἢ θήλεια· δεύτερον δ᾽ ἐπὶ τούτοις τὴν ἡλικίαν· εἶτα τὸ περιέχον ὁποῖον· εἰς γὰρ τοῦτ᾽ ἀνάγεται τὸ καθ᾽ ὥραν καὶ χώραν καὶ κατάστασιν· ἐφεξῆς δὲ τὴν οἰκείαν φύσιν αὐτοῦ· καὶ συνθεὶς ἅπαντα καὶ στοχασάμενος ὁποῖόν τινα

autem aeſtatis partim quidem ſimili modo, partim vero contrario ſe habet cum medio hiemis, parvi enim et languidi in utrisque, celeres vero et frequentes aeſtate, tardi et rari hieme, ut aeſtate, ſed minus hieme. Atque hae quidem ſunt pulſuum ſecundum anni tempora mutationes. Secundum autem regiones eodem modo quo ſecundum anni tempora; in valde quidem calidis sicuti media aeſtate, in valde autem frigidis ſiculi media hieme, in temperatis ſicuti medio vere, ad harum vero proportionem in iis quae interjacent. Porro ex aliis quoque ambientis nos aëris conſtitutionibus, quae calidae ſunt, calidis anni temporibus, quae frigidae, frigidis, quae mediae, mediis ipſius veris aſſimilantur.

Cap. XVI. Cum igitur ad aegrotantem quem non prius videris accerſitus ingrederis, conſidera primum quidem an mas vel foemina ſit, ſecundum aetatem, deinde ambientem, qualisnam ſit; ad hunc enim reducitur et tempus anni et regio et conſtitutio; poſtea propriam ipſius naturam. Atque ubi omnia compoſueris conjectaverisque qua-

Ed. Chart. VIII. [316.]
σφυγμὸν εἰκὸς ἦν ἔχειν αὐτὸν, ὁπόθ᾽ ὑγίαινε, γνώσῃ τὸ μέγεθος τῆς εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπῆς· ἐὰν δὲ καὶ τἄλλα ὅσα κατὰ τὰ περὶ κρίσεων ὑπομνήματα λέλεκται προστιθῇς τῇ ἰδίᾳ τῶν σφυγμῶν ὁμοιώσει, πλησίον ἀφίξῃ τῆς ἀκριβεστάτης γνώσεως ὅλης τῆς κατὰ τὸν κάμνοντα διαθέσεως· οἷον εὐθέως ἐν ταῖς ἐπισημασίαις· ὅταν οὖν πρῶτον ἐπισκέψῃ τινὰ, τὴν ἀμφιβολίαν ἐπιδιόριζε τοῖς ἄλλοις σημείοις· ὧν ἓν μὲν ἐστὶ καὶ πρῶτον τὴν χεῖρα κατὰ τοῦ θώρακος ἐπιτιθέντα, συμμέτρως οὖσαν θερμὴν, ἐπισκέψασθαι τῆς θερμασίας τὴν ποιότητα. δακνώδη γὰρ εὑρών τινα, πυρέττειν φήσεις τὸν κάμνοντα, καὶ μήπω διὰ τοῦ σφυγμοῦ τοῦτο βεβαίως γνωρίσῃς. εἰ δὲ κατεψυγμένος πως ὁ θώραξ φαίνοιτο· συγκαταψύχεται γὰρ ἐνίοτε τῷ παντὶ σώματι κατά τινας ἐπισημασίας· οὐ χρὴ παραχρῆμα, βαστάσαντα τὴν χεῖρα, κατὰ φύσιν ἔχειν ἀποφῆνασθαι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ᾽ ἐπὶ πλέον ἐᾶσαι κατὰ τοῦ θώρακος ἐπικειμένην, ἐν τούτῳ τε προσέχειν, εἴ τις ἐκ τοῦ βάθους ἀνέρχεται δριμεῖα θερμασία· μόνον γοῦν ἤρκει

lemnam pulſum, dum ſanus erat, ipſum habere veriſimile erat, magnitudinem everſionis in ſtatum praeter naturam cognoſces. Si vero et alia quaecunque in commentariis de criſibus dicta ſunt, propriae pulſuum tractationi adjeceris, prope accedes ad exquiſitiſſimam cognitionem totius affectionis quae in aegrotante eſt, ut verbi gratia in ſignificationibus. Quum ergo quempiam inſpicis, ambiguitatem aliis ſignis diſtingue. Quorum unum quidem eſt et primum, ut manum, quae mediocriter calida ſit, ſuper thoracem imponas, ac caliditatis qualitatem conſideres. Nam ubi eam mordacem inveneris, febrire dices laborantem, licet nondum ex pulſu hoc firmiter cognoveris. Si vero perfrigeratus quodam modo thorax appareat, perfrigeratur autem quandoque una cum univerſo corpore quibusdam ſignificationibus, non oportet ut ſtatim manum leves ac affirmes hominem secundum naturam ſe habere, ſed permittere debes ut manus ſuper thoracem diutius inhaereat, in hocque animadvertere an aliqua acris caliditas ex profundo aſſurgat. Hoc enim

Ed. Chart. VIII. [316.]

Θεμίσωνι τεκμήριον εἶναι τοῦ πυρέττειν τὸν ἄνθρωπον ἡ ἐκ τοῦ βάθους ἀναφερομένη θερμασία· καὶ βηχίον δέ τι σμικρὰ ὑπότραχυ συνεισβάλλον τῇ καταψύξει καὶ χάσμα καὶ σκορδινισμὸς ἄλγημα τέ τι καὶ καταφορὰ πρὸς ὕπνον οὐχ ἁπλῶς εἰσβολὴν ἐπισημασίας εἶναι δηλώσει· ταῦτα μὲν οὖν ἔξωθεν. τοῖς δὲ σφυγμοῖς οὐ μόνον τὰ προειρημένα σημεῖα γνωρίσματά εἰσι πυρετῶν εἰσβολῆς, ἀλλὰ καὶ τὸ διαλείπειν ἢ ἄλλην ἀνωμαλίαν ἔχειν ἢ ἀταξίαν.

Κεφ. ιζ. Δυοῖν δ' οὐσῶν κατὰ γένος ἀνωμαλιῶν, τῆς μὲν ἑτέρας κατὰ μίαν διαστολὴν σφυγμοῦ, τῆς δ' ἑτέρας ἐν ἀθροίσματι, πολλῶν ἐφεξῆς σφυγμῶν ἀλλήλοις παραβαλλομένων, περὶ τῆς προτέρας ἐρῶ τῆς ἐν ἀθροίσματι, καλουμένης δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων ἰατρῶν συστηματικῆς· σαφεστέρα γάρ ἐστι διαγινώσκεσθαι καὶ κατὰ τὰ πλεῖστα τῶν ἐπισημασιῶν φαίνεται· τεττάρων δ' οὐσῶν ἐν τῇ διαστολῇ τῆς ἀρτηρίας διαφορῶν τοῦ σφυγμοῦ, μιᾶς μὲν τῆς κατὰ μέγεθος καὶ μικρότητα, δευτέρας δὲ τῆς κατὰ τάχος καὶ βραδύτητα, τρίτης τῆς κατὰ σφοδρότητα καὶ ἀμυδρότητα, καὶ τετάρτης κατὰ

solum satis fuit Themisoni, ut certum signum esset hominem febricitare, ipsa scilicet quae ex profundo attollitur caliditas. At tussicula etiam quaedam exigua, subaspera, una cum perfrigeratione invadens, et oscitatio, et pandiculatio, et dolor quidam, et cataphora in somnum, non simpliciter febrem sed invasionem significationis esse indicabit. Atque haec quidem extrinsecus. In pulsibus autem non solum praedicta signa notae sunt invasionis febrium, sed si et ipsi intermittant, vel aliam inaequalitatem aut inordinationem habeant.

Cap. XVII. Duae enim cum sint genere inaequalitates, altera in una diastole pulsus, altera in collectione, multis deinceps pulsibus invicem collatis, de priore dicam, quae in collectione est, quaeque a plurimis medicis systematica id est collectiva vocatur. Facilius enim dignoscitur, et in pluribus significationibus apparet. Quatuor autem quum sint differentiae pulsuum in diastole arteriae, una in magnitudine et parvitate, secunda in celeritate et tarditate, tertia in vehementia et languore, et quarta in duritie et mollitie

Ed. Chart. VIII. [316. 317.]

σκληρότητα καὶ μαλακότητα, κατὰ μὲν τὴν ὑστάτην εἰρημένην διαφορὰν οὐδέποτ᾽ ὤφθη σφυγμὸς ἀνώμαλος, ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις τρισὶν αἱ πλεῖσται τῶν ἐπὶ χυμοῖς σηπομένοις πυρεττόντων ἀνωμαλίαι συνίστανται. καὶ ἡ κατὰ πυκνότητα δὲ καὶ ἀραιότητα διαφορὰ σφυγμῶν καὶ αὕτη πάνυ πολλάκις ἐπὶ τῶν ἀῤῥώστων ὁρᾶται. καὶ μία γ᾽ αὐτῶν ἰδέα μεταπίπτει ῥᾳδίως εἰς τὸν διαλείποντα σφυγμὸν, ἐπ᾽ ἀμφοτέρων οὐδὲν ἧττον τῶν ἀνωμαλιῶν, ἀτάκτων τε καὶ τεταγμένων. ἔστω γάρ τις ἀνωμαλία τοῦ κατὰ πυκνότητα καὶ ἀραιότητα γένους, ἐπὶ τέτταρσι πυκνοῖς ἢ συμμέτροις τὸν πέμπτον ἀραιὸν ἔχουσα· καὶ τοῦτ᾽ ἐφεξῆς γιγνέσθω, φυλαττομένης ἀεὶ τῆς τάξεως, αὐξανομένου δὲ τοῦ χρόνου τῆς ἀραιότητος. ὁ τοιοῦτος σφυγμὸς ἄτακτος μὲν ἢ τεταγμένος ὢν, οὐ μετὰ πολλὰς περιόδους ἐστὶ διαλείπων, οὐ πολλῷ δέ τινι διαφέρει τὸ τετάχθαι τὴν ἀνωμαλίαν ἢ ἄτακτον εἶναι πρὸς τὸ σωθῆναι τὸν ἄνθρωπον ἢ ἀπολέσθαι. πολλάκις γοῦν ἐθεασάμεθα μετὰ τέσσαρας σφυγμοὺς ἤτοι πυκνοὺς ἢ μέσους ἀραιοῦ καὶ πυκνοῦ τὸν πέμπτον ἀραιὸν γιγνόμενον, εἶτ᾽ ἐφεξῆς κατὰ τὴν αὐτὴν

in hac ſane poſtremo dicta differentia nunquam viſus eſt pulſus inaequalis; in aliis autem tribus plurimae in iis qui ex putrescentibus humoribus febricitant, inaequalitates conſiſtunt. Et quae in frequentia et raritate eſt differentia pulſuum, et ipſa admodum frequenter in aegrotantibus conſpicitur, et una ſane ipſorum ideo facile tranſit in intermittentem pulſum, in ambabus nihilominus inaequalitatibus, tum inordinatis tum ordinatis. Eſto enim quaedam inaequalitas in genere frequentiae et raritatis, quae poſt quatuor frequentes vel moderatos quintum rarum habeat; et hoc deinceps conſequenter fiat, ſervato ſemper ordine, temporeque raritatis aucto; talis pulſus, ſive inordinatus, ſive ordinatus [317] ſit, non poſt multos periodos erit intermittens. Non multum autem intereſt, ordinatam eſſe inaequalitatem, vel inordinatam, ad hoc ut homo ſervetur, vel pereat. Saepenumero enim vidimus poſt quatuor pulſus, ſive frequentes, ſive medios inter rarum et frequentem, quintum rarum fieri;

Ed. Chart. VIII. [317.]

περίοδον τὸν δέκατόν τε καὶ ιε΄ καὶ κ΄. ἔτι δὲ μᾶλλον τοῦ ε΄ γεννηθέντος ἀραιοῦ, τὸν θ΄ εἴδομεν ἀραιὸν ἢ τὸν ιδ΄ ἤ τινα ἄλλον, οὐ διασωζομένης τῆς κατὰ τὴν περίοδον ἰσότητος, ἀλλ' ἀτάκτως παρεμπίπτοντος τοῦ ἀραιοῦ· τοῖς οὖν τοιούτοις οὔθ' ἡ πεῖρα σαφῆ διαφορὰν εἰς σωτηρίαν ἢ θάνατον ἢ νόσου μῆκος ἢ βραχύτητα κατὰ τὰς ἀτάκτους τε καὶ τεταγμένας ἀνωμαλίας ἐδίδαξεν, οὔθ' ὁ λόγος. ἐπὶ μέντοι τῶν ὁμαλῶν οὐ σμικρὰ διαφορὰ πρὸς τοὺς ἀνωμάλους ἐστὶ σωτηρίας ἕνεκα. μᾶλλον δ' οὐ παραβάλλειν χρὴ τὰς τηλικαύτας διαφοράς· ὁ μὲν γὰρ ὁμαλὸς κατὰ φύσιν ἐστὶν, ὁ δὲ ἀνώμαλος οὐ μόνον παρὰ φύσιν, ἀλλ' ἤδη καὶ χαλεπός. ἐν μὲν οὖν ταῖς ἐπιδόσεσι μᾶλλον· ἔτι δὲ μᾶλλον ἐν ταῖς ἀκμαῖς τῶν παραξυσμῶν, ἐν δὲ ταῖς παρακμαῖς χείριστος. ἀλλὰ τόν γε πλεῖστον χρόνον ἡσυχάζοντα σφυγμὸν ὁ διαλείπων δέχεται, τῆς ἀραιότητος αὐξανομένης, εἴτ' οὖν ἀτάκτως εἴτε καὶ τεταγμένως· οὐδεμίαν γὰρ ἐνθάδε ἔφην μεγάλην εἶναι διαφορὰν οὔτε τῇ πείρᾳ κατοφθεῖσαν οὔτε τῷ λόγῳ. λέγω δὲ λόγῳ νῦν τὰ

postea consequenter secundum eandem periodum, decimum, et decimum quintum, et vigesimum. Adhuc vero magis, quum quintus factus fuisset rarus, nonum videmus rarum, vel quartumdecimum, vel quempiam alium, non servata periodorum paritate; sed raro pulsu inordinate intercurrente. In hujusmodi igitur pulsibus neque experientia manifestam differentiam ad salutem, vel mortem, vel morbi longitudinem, aut brevitatem, per inordinatas et ordinatas inaequalitates, docuit, neque ratio. In aequalibus certe non parva est ab inaequalibus differentia, salutis gratia. Potius autem tantas differentias comparare non oportet; nam qui aequalis est secundum naturam est, qui autem est inaequalis, non solum praeter naturam est, sed etiam gravis. Ac in significationibus jam minus erit parvus, in incrementis autem magis; adhuc vero magis in vigoribus paroxysmorum; at in declinationibus deterrimus. Sed enim pulsum plurimo tempore quiescentem deficiens excipit raritate sive inordinate sive ordinate aucta, nullam enim in hoc dixi magnam esse differentiam vel experientia vel ratione compertam. Ra-

δογματικῷ, καθ' ὃν ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως ὁρμώμενοι τὰς προγνώσεις ποιούμεθα. προείρηται δὲ ὅτι τοῖς τοιούτοις λόγοις οὐ πάνυ τι χρὴ κατὰ τὰς ἐπιτοματικὰς πραγματείας ἀπαιτεῖν· ὡς εἰ σὺν τοῖς εἰς τὸ προκείμενον χρησίμοις καὶ τὰς αἰτίας τῶν γινομένων ἀκούειν ἐθέλοι τις, οὐδὲν ἀφαιρεθήσεται τῆς μεγάλης πραγματείας· ἐν ᾗ τέτταρα μὲν ἐστὶ βιβλία τῶν τοὺς σφυγμοὺς ἀλλοιούντων αἰτίων, τέτταρα δὲ τῆς ἐξ αὐτῶν προγνώσεως. οὐκ ἀγαθὸν μὲν οὖν ἡ ἀραιότης ἐστὶ τῶν σφυγμῶν, εἴθ' ὁμαλὴ εἴτ' ἀνώμαλος εἴη· πολὺ δὲ χείρων, ὅταν διαλείπῃ. γίγνεται γὰρ, ὡς ἐδείχθη, βαρυνομένης τῆς δυνάμεως τῆς ζωτικῆς ὑπὸ πλήθους χυμῶν, ἤ τινων ἀρτηριῶν ἐμπεφραγμένων ὑπὸ πάχους ἢ γλισχρότητος χυμῶν· γίνεται δὲ καὶ διὰ φλεγμονὴν μεγάλην, στενουμένων τῶν ἐν αὐταῖς κοιλοτήτων, ἢ θλίβοντος τινὸς ἔξωθεν ἢ βαρύνοντος ἢ στενοχωροῦντος ὁπωσοῦν. καὶ διὰ τοῦτο κατὰ τὰς ἐπισημασίας μάλιστα γίγνονται πολλοῖς ἀεὶ κατὰ τοὺς σφυγμοὺς ἀνωμαλίαι, πρὸς τὸ βάθος ὑποχωροῦντος τοῦ αἵματος. οὗτοι μὲν

tionem nunc intelligo eam quae dogmatica eſt, per quam ex rerum natura excitati praecognitiones facimus. Dictum autem et prius eſt ejusmodi rationes non admodum repoſci oportere in compendioſis tractationibus. Nam ſi cum iis quae ad rem propoſitam utilia ſunt cauſas quoque eorum quae fiunt audire quis voluerit, nihil de magna tractatione detrahetur; in qua quatuor quidem ſunt libri cauſarum quae pulſus variant, quatuor autem praecognitionis quae ex ipſis habetur. Minime igitur bona eſt ipſa pulſuum raritas, ſive aequalis ſive inaequalis ſit; multo autem deterior eſt, quando intermittit, fit enim, ut oſtenſum eſt, virtute vitali ab humorum multitudine gravata, vel quibusdam arteriis a craſſitie, vel viſcoſitate obſtructis; fit etiam et ob phlegmonem magnam, conſtipatis earum cavitatibus, vel aliqua re extrinſecus comprimente, vel gravante, vel quomodocunque anguſtante. Ideoque in ſignificationibus potiſſimum fiunt in multis ipſae pulſuum inaequalitates, recedente ad profundum ſanguine. Hi ergo pulſus affectiones

Ed. Chart. VIII. [317.]

οὖν οἱ σφυγμοὶ τὰς ἄρτι εἰρημένας διαθέσεις ἐνδείκνυνται, κατάψυξιν δὲ ἰσχυρὰν ὁ ἀραιός· ὥστ᾽ ἄλλως μὲν γενόμενος οὐκ ἔστιν ὀλέθριος· ὑπό τε γὰρ τοῦ περιέχοντος ἐν χειμῶνι τοιοῦτοι γίνονται σφυγμοὶ καὶ διὰ τροφὴν ἐν κοιλίᾳ φλεγματωθεῖσαν ἐν ἅπασι τοῖς βουλιμιῶσι· τὸ δ᾽ ἐπὶ πυρετοῖς οὐκ ἀκινδύνοις ἀραιότητα γενέσθαι σφυγμοῦ σβεννυμένης τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἐστὶ σημεῖον. ἔνιοι δὲ τῶν οὕτως διακειμένων ὀρέγονται τροφῆς, καὶ εἰ προσενέγκῃς, ἐσθίουσι προθύμως, ὡς δόξαι τοὺς ὁρῶντας ὑγιεινῶς ἔχειν αὐτούς· ἀπόλλυνταί γε μὴν εὐθέως, ἔνιοι μὲν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐπισημασίας ἐν καταφορᾷ γενόμενοι, τινὲς δ᾽ ἄνευ καταφορᾶς ψυχθέντες σφοδρῶς, οὐκέτι ἐξεθερμάνθησαν. οὐ μόνον δὲ, ὡς ἔφην, τὸ γένος τοῦτο ἀνωμαλίας συμπίπτει κατὰ τὰς εἰσβολὰς τῶν πυρεκτικῶν παροξυσμῶν, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ μέγεθος καὶ μικρότητα καὶ τάχος καὶ βραδυτῆτα σφοδρότητά τε καὶ ἀμυδρότητα. προσέχειν δ᾽ ἀκριβῶς ἐν ἅπασιν αὐτοῖς, ὁπότεροι πλείους εἰσίν. εὔδηλον γὰρ ὅτι χαλεπώτερον ἔχουσιν οἱ πλείους τὸν κίνδυνον, οἷον ὅταν ἀμυδροῖς τέτταρσιν ὁ πέμπτος

nuper dictas indicant, refrigerationem autem validam rarus, nam qui alia de cauſa evenit, non eſt perniciofus. Ab ambiente enim per hiemem tales pulſus fiunt et ob alimentum in ventriculo in pituitam verſum, in omnibus qui bulimo laborant. At ſi in febribus periculo non vacantibus raritas pulſus fiat, intermorientis innatae caliditatis eſt ſignum. Nonnulli vero qui ita affecti ſunt cibum appetunt, ſique obtuleris, prompte comedunt, ita ut qui vident exiſtiment eos ſe ſalubriter habere. Intereunt ſane ſtatim nonnulli quidem in tempore ſignificationis, cataphora detenti; aliqui vero ſine cataphora vehementer refrigerati non amplius recaluerunt. Non ſolum autem, ut dixi, genus hoc inaequalitatis invaſionibus febrilium paroxysmorum contingit, ſed etiam genus inaequalitatis in magnitudine et parvitate, in celeritate et tarditate, in vehementia et languore. Animadvertere autem diligenter oportet in omnibus ipſis, quinam plures ſint; conſtat enim quod qui plures ſunt gravius habent periculum; ut quando quatuor langui-

Ed. Chart. VIII. [317.]

ἕπηται σφοδρὸς ἢ μετρίως εὔτονος. ἄμεινον γὰρ πολλῷ τέτταρσι σφοδροῖς τὸν πέμπτον παρεμπίπτειν ἀμυδρόν. ὅταν γε μὴν ἐφεξῆς ἀμυδροὶ φαίνωνται πάντες, ἐὰν μὲν ἔν τινι τῶν ἄλλων γενῶν ἢ τισὶν εὑρίσκῃς ἀνωμαλίαν, ἄχρι πολλοῦ ψαῦε τῆς ἀρτηρίας, ἐπιτηρῶν, εἴ που κἂν εἷς φανείη σφοδρός. ὅταν δὲ ὁμαλῶς μοχθηρὸς ὁ σφυγμὸς ἐν ἅπασι τοῖς γένεσιν ᾖ, οὐ πόῤῥω θανάτου γίνωσκε τοὺς τοιούτους ἥκοντας· ὁμαλῶς δὲ μοχθηρός ἐστι σφυγμὸς ὅ τ᾽ ἀμυδρότατος καὶ ὁ πυκνότατος. ὁ μὲν γὰρ τάχιστος οὐδὲ γίγνεταί ποτε μετ᾽ ἀμυδροτάτου, βραδύτατος δ᾽ ἅμα καὶ ἀμυδρὸς εἰ γένοιτο, θαυμάζοιμ᾽ ἄν, εἰ μὴ ψυχροῖς ἤδη τοῖς ἄκροις διακείμενος ὁ ἄῤῥωστός ἐστιν. ὅ γε μὴν ἀμυδρὸς ἅμα καὶ μέγας ἐξ ἀνάγκης μέν ἐστι καὶ μαλακὸς, εἴωθε δὲ ληθάργοις τε καὶ ταῖς ἄλλαις καταφοραῖς συνεῖναι, δι᾽ ὑγρότητα πολλὴν ἤτοι τῆς γαστρὸς καὶ μάλιστα τοῦ στόματος αὐτῆς ἢ ἐγκεφάλου τοιοῦτος ἀποτελούμενος, ἤ τινος ἄλλου κυρίου μορίου, ἢ καὶ παντὸς τοῦ σώματος. εὐΐατος μὲν οὖν ἐστιν ὁ ἐπὶ γαστρὶ καὶ στομάχῳ, χαλεπώτατος δὲ ὁ

dos quintus ſequitur vehemens, vel mediocri tenore praeditus; melius enim longe eſt quatuor vehementibus quintum intercurrere languidum. Quum autem omnes deinceps languidi apparent, ſi ſane in aliquo aliorum generum, vel aliquibus inaequalitatem invenias, arteriam diutius tange, obſervans ſicubi vel unus appareat vehemens. Quando vero aequaliter pravus in omnibus generibus eſt, ſcias non procul a morte ejusmodi aegrotantes abeſſe. Aequaliter autem pravus eſt pulſus, qui languidiſſimus et frequentiſſimus eſt; nam celerrimus nunquam fit cum languidiſſimo; tardiſſimus autem una et languidus ſi fiat, mirarer utique, ſi non frigiditate jam extremorum aegrotus laboraret. Sane, qui languidus una eſt et magnus, neceſſario etiam mollis eſt, ſoletque una cum lethargis et aliis cataphoris adeſſe; ob humiditatem multam vel ventriculi, et praecipue oris ipſius, vel cerebri, vel alterius cujusdam principis partis, vel etiam totius corporis, talis redditus. Ac facile quidem curari poteſt qui ex ventriculo et ſtomacho fit; difficillime autem

Ed. Chart. VIII. [317.]

διὰ τὸν ἐγκέφαλον ἀμυδρὸς ἅμα καὶ μαλακὸς γιγνόμενος, ἔτι δὲ μᾶλλον ὁ δι' ὅλην τὴν ἕξιν τοῦ σώματος εἰς οἰδηματώδη διάθεσιν ἀφικνουμένην ἤ τι τῶν κυρίων σπλάγχνων. ἐνίοτε δὲ πολλοῖς ἐφεξῆς ἀραιοῖς εἷς ἕπεται πυκνὸς, ἢ τεταγμένος ἢ ἄτακτος. καὶ γίνεται πολλάκις ὁ τοιοῦτος σφυγμὸς, ὃν ἰδίως ὀνομάζομεν παρεμπίπτοντα, κατὰ τὸν ἐναντίον τρόπον τῷ διαλείποντι συνιστάμενος. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐκτεινομένης τῆς ἀραιότητος, οὗτος δὲ συστελλομένης γίγνεται τῆς πυκνότητος· καὶ ὅταν γε μετὰ σφοδρότητος τοιοῦτος γένηται, κρίσιμόν ἐστι σημεῖον. ἄκουε δέ μου κρίσιν ἐν ἅπασι τοῖς τοιούτοις λόγοις ὀξύῤῥοπον ἐν νόσῳ μεταβολὴν, οὐκ ἐξάπαντος εἰς ἀγαθὸν τελευτῶσαν, γίγνεται δὲ ἡ τοιαύτη κρίσις ἤτοι δι' ἐκκρίσεως ἢ ἀποσκήματος. ἥντινα κρίσιν ἐξ ἄλλων σημείων διαγνώσῃ τῶν ἐν τοῖς περὶ κρίσεων εἰρημένοις, εἴτε τῶν ἀγαθῶν ἐστὶ, εἴτε τῶν μοχθηρῶν. οὗτοί τε οὖν ἅπαντες οἱ σφυγμοὶ κατὰ τὰς ἐπισημασίας γίγνονται καὶ τῶν κατὰ μίαν διαστολὴν τῆς ἀρτηρίας ἔνιοι. περὶ ὧν ἤδη λεγέσθω.

qui ob cerebrum languidus una et mollis fit; adhuc vero magis qui ob totum corporis habitum, qui in oedematofam affectionem pervenerit, vel ob aliquod ex principibus vifceribus. Nonnunquam vero multos deinceps raros unus infequitur frequens, vel ordinatus, vel inordinatus; fit faepenumero talis pulfus, quem peculiariter intercurrentem nominamus; qui contrario modo ac intermittens conftruitur; ille enim extenfa raritate, hic autem fit contracta crebritate. Et ubi cum vehementia talis fiat, criticum eft fignum. Intellige autem ex me crifim in omnibus ejusmodi fermonibus, fubitam in morbo mutationem, non perpetuo in bonum definentem. Fit autem talis crifis vel per excretionem, vel per decubitum, quam fane crifim ex aliis fignis dignofces, quae in libris de crifibus dicta funt, five bona fit, five prava. Hi igitur omnes pulfus in fignificationibus fiunt; et nonnulli ex iis, qui in una arteriae diaftole inaequales funt; de quibus jam dicatur.

Ed. Chart. VIII. [317.]

Κεφ. ιη'. Τῶν ἀνωμάλων διαστολῶν τῆς ἀρτηρίας ἔνιαι μὲν ἡσυχίᾳ διακοπτομένην ἔχουσι τὴν κίνησιν, ἔνιαι δὲ συνεχῆ μὲν, οὐχ ὁμοιομερῆ δέ. περὶ πρώτης οὖν ἐρῶ τῆς ἡσυχίᾳ διακοπτομένης. καὶ γὰρ καὶ σαφὴς ἡ διάγνωσις αὐτῆς ἐστι, παντὸς οὑτινοσοῦν, εἴ γε μὴ παντάπασιν ὀνώδης εἴη, δυναμένου γνωρίζειν, ὅταν ἐν τῷ διαστέλλεσθαι στῆναι βραχὺ συμβῆ τὴν ἀρτηρίαν; εἶθ' οὕτως προσθεῖναι τὸ λοιπὸν τῆς διαστολῆς· ὅπερ ἐν μικροῖς ἢ ταπεινοῖς σφυγμοῖς οὐ δύναται γενέσθαι. δῆλον οὖν ἐστιν ἐξ αὐτοῦ τοῦδε μήτε τὸν χρόνον τῆς διαστολῆς ἐκλελύσθαι μήτε τὴν δύναμιν ἀῤῥωστεῖν, ἐν αὐτῷ γε τούτῳ μόνῳ τῷ νῦν εἰρημένῳ τῆς εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπῆς γενομένης. ὅπερ οὐχ ἥκιστα κἀπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων μεμνῆσθαί σε χρή. κατὰ γὰρ τὸ διδασκόμενον ἑκάστοτε μόνον ἡ διάγνωσίς τε καὶ πρόγνωσις γίνεται, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐχόντων κατὰ φύσιν ἢ μικρὰν πάνυ μεταβολὴν ἐσχηκότων· αὐτίκα γέ τοι τὸ νῦν ἡμῖν εἰρημένον ἀληθές ἐστιν, ὅταν ὁ χιτὼν τῆς ἀρτηρίας κατὰ φύσιν ἔχῃ. μαλακοῦ γὰρ ἀμέτρως αὐτοῦ γενηθέντος, ὁποῖος ἐν ληθάρ-

Cap. XVIII. Ex inaequalibus arteriae diaſtolis nonnullae quiete interſectam habent motionem; nonnullae continuam quidem, at non ſimilarem. De prima igitur dicam, quae quiete interſecatur; nam et manifeſta eſt ipſius dignotio, quum quilibet, niſi omnino aſininus ſit, cognoſcere poſſit, quando contigerit ut arteria, dum dilatatur, parumper ſtet; tum ita reliquum diaſtoles addat, quod ſane in parvis vel humilibus pulſibus fieri non poteſt. Manifeſtum igitur ex hoc ipſo eſt neque uſum diaſtoles eſſe exolutum neque facultatem eſſe infirmam, ſcilicet in hoc ipſo ſolo, quod nunc dictum eſt, everſione in ſtatum praeter naturam facta. Quod ſane non minime et in aliis omnibus meminiſſe te oportet. Par id enim ſolum, quod ſubinde docetur, tum dignotio tum praecognitio ſit, aliis omnibus ſecundum naturam ſe habentibus, vel parvam omnino mutationem adeptis. Porro, quod nunc diximus, verum eſt, quando arteriae tunica ſecundum naturam ſe habet; nam ubi ipſa immodice mollis reddita fuerit, qualis lethargis,

Ed. Chart. VIII. [317. 318.]
γοις καί τισιν ἄλλαις φαίνεται καταφοραῖς, οὐκ ἔστιν ἀληθὲς ὑπὸ ῥώμης τε καὶ δυνάμεως ἀποτελεῖσθαι τὸν μέγιστον σφυγμὸν, καὶ τῆς χρείας ἤτοι αὐξανομένης ἢ μειουμένης γε πάντως. εἰ μὲν γὰρ ὑπὸ δυοῖν τοῦτ᾽ ἐγένετο μέγας σφυγμὸς, αὐξήσεως χρείας καὶ ῥώμης δυνάμεως, οὐδεμιᾶς ἂν ἔδει προσθεῖναι τῷ λόγῳ· νυνὶ δὲ, ἐπειδὴ προσεπισκέπτεσθαι χρὴ τὸν χιτῶνα τῆς ἀρτηρίας, οὐκ ἀληθὴς ὁ λόγος ἔσται λεγόμενος ἁπλῶς. μεμνῆσθαι γάρ σε χρὴ τῶν εἰρημένων ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐν σφυγμοῖς αἰτίων, ὃ πολλάκις ἀναγινώσκειν προσήκει, τὰ θεμέλια τῆς περὶ σφυγμῶν ἁπάσης θεωρίας ἐχόντων· ὧν χωρὶς οὐδὲν τῶν ἄλλων δύναται συστῆναί τε καὶ γνωσθῆναι. τὰς γὰρ ὡς ἂν εἴποι τις αἰτίας συνεκτικὰς ἢ προσεχεῖς τῶν σφυγμῶν τῆς γενέσεως, ἐν τρισὶ τούτοις γένεσιν οὔσας ἔδειξα, τῇ χρείᾳ δι᾽ ἣν αἱ ἀρτηρίαι κινοῦνται, τῇ κινούσῃ δυνάμει, τῷ χιτῶνι. τὰ γὰρ ἄλλα πάντα, ὅσα τοὺς σφυγμοὺς ἀλλοιοῖ, διὰ τούτων μέσων ἐργάζονται τὴν μεταβολήν. ὅταν μὲν οὖν ὁ χιτὼν τῆς ἀρτηρίας κατὰ φύσιν ἔχῃ, κατὰ δὲ τὴν διαστολὴν ἡσυχία τις γενομένη τὴν ἀνωμαλίαν ἐργάζηται, ῥώμη τε δυνά-

et quibusdam aliis cataphoris conſpicitur, non eſt verum a robore facul[318]tatis maximum pulſum effici, et ab uſu vel aucto vel omnino non imminuto. Si enim a duobus his ſolis fieret magnus pulſus, augmento inquam uſus et robore facultatis, nihil amplius addere ſermoni oporteret. Nunc autem, quia conſiderare etiam oportet arteriae tunicam, non verus erit ſermo ſimpliciter prolatus. Meminiſſe enim te oportet eorum, quae dicta ſunt in primo de cauſis pulſuum, qui liber ſaepius legi debet, ut qui fundamenta totius ſpeculationis pulſuum contineat, ſine quibus nec conſtitui nec cognoſci quicquam aliud poteſt. Cauſas enim, ut quiſpiam dicat, continentes vel proximas generationis pulſuum in tribus his generibus eſſe oſtendi; uſu, propter quem arteriae moventur, facultate, quae movet, et tunica. Alia enim omnia quae pulſus variant per haec media mutationem faciunt. Ubi igitur arteriae tunica ſecundum naturam ſe habet, in diaſtole vero quies aliqua facta inaequalitatem efficit, tunc et robur facultatis eſt et uſus diaſto-

Ed. Chart. VIII. [318.]

Cap. XXIX. Redeamus autem ad praecognitiones uae in febribus fiunt, ut qualis sit singularum ex pulsibus gnotio hoc in loco dicamus. Ephemerae igitur omnes in

magnitudinem et celeritatem et frequentiam pulſus quantun in ipſis eſt mutant. Pari modo et hecticae febres in easdem differentias alterant pulſus quantum in ipſis eſt: e magis in ipſis immutatur celeritas. At quae fiunt ex putredine humorum, in vigoribus quidem ambas habent motiones celeres, diaſtoles inquam et ſyſtoles: pari modo e frequentias ambas aeque alterant: in invaſionibus auten non aeque, ſed ſolum intendunt ſyſtoles celeritatem; in aſcenſionibus autem cum hanc quidem tum vero extremam quietem plurimum concitant; ut frequentiſſimu appareat ſecundum ipſam pulſus. Et hi ſoli febrium ſunt proprii pulſus ex ſui ipſorum ratione. Alii autem alia affectiones magis ſequuntur. Duo autem ſunt genera talium affectionum, vel facultatis, vel inſtrumentorum vitium ad tria enim haec reſpiciendo, cauſas quae pulſus immutant, invenire oportet, inſtrumentum, uſum et facultatem Animum autem diligenter hoc in loco adhibere oportet, propterea quod diſſident inter ſe ſapientes medic [326] de propriis febris pulſibus, errantque cuncti, alterationes ipſas pulſuum, quae ex facultatis, vel inſtrumentorum vitio proficiſcuntur, proprias ipſarum febrium eſſ arbitrantes. Eſt autem inſeparabile maximeque proprium invaſionibus febris ex putredine humorum orta ut ſyſtole arteriae velocior fiat, et quicunque in cognoscenda ſyſtole fuerit exercitatus hoc habebit inſeparabile principii paroxysmi ſignum, quando pulſus aliquen habet tenorem. Quo modo autem incipienda ſit exercitatio, copioſiſſime in primo de dignotione pulſuum dictum eſt. Equidem in multis multoties, quorum nunquam antea, nec dum valerent, nec dum aegrotaren pulſus tetigeram, hoc ſolo ſigno fretus, nunquam lapſu ſum. Quando igitur pulſus in aliis non mutatus celerior fiat ſecundum ſyſtolen, principii paroxysmi ſignum inſeparabile ſtatuito; ſit autem ſtatim talis pulſus etian frequentior ſecundum externam quietem, incumbente natura ad propulſandum fumoſum excrementum: propte quod celerius contrahebatur. Ephemeris autem febribu

hoc non adeſt, quia ſine putredine humorum fiunt. Sed nec etiam hecticis, quoniam nec incipiunt unquam, niſi caſu aliqua alia affectio cum ipſis coiverit. Si autem primo die, cum recens de ſanitate in morbum homo quispiam decidit, pulſum tangamus, ſtatim etiam febris genus ab hoc ſigno indicabitur. Diſtinguuntur autem qui ex phlegmonis oriuntur ab iis qui ex putredine humorum ſola ipſa duritie; durus enim eſt occurſus in iis qui ex phlegmone. Si igitur diſtinguere potes durum arteriae occurſum ex tenſione ortum ab eo qui ex refrigeratione et duritie fit, tres habebis ex hoc praecognitiones cauſarum praeteritarum, potum frigidum, vinum meracius et phlegmonem, quam non ſolum cauſam, quae ante paroxysmum extiterit, ſed quae etiam permaneat, dicimus; frigidae vero et largioris meraci potionem, praeceſſiſſe eam quidem, ſed affectionem quae ab ipſa fit ſervari. Ac indurantur quidem ex nocuis frigidae potionibus arteriarum tunicae; exiccantur autem ex largioris vini potionibus. Haec quidem ita diſtinguantur. Quae vero prima die nequaquam habent praedictam notam, eae vel ephemerae judicandae ſunt, vel hecticae. Ac rariſſime quidem ſtatim a principio conſiſtit febris hectica; non tamen impoſſibilis eſt talis generatio ipſius, ſed viſae ſunt alicubi a nobis etiam tales. Ac cunctas quidem ipſarum notas in tractatione de febrium differentia contemplamur; quae vero a pulſibus ſumuntur, nunc dicentur. Neque magnus neque vehemens pulſus una cum hectitis unquam invadit febribus, ſed ſi alterutrum horum inſit ipſis, non ſunt hecticae: ſi vero etiam omnia ſimul adſint, aperte ſunt ephemerae.

Cap. XXX. His ita definitis, deinceps conſiderandum eſt, quid unusquisque pulſus in his ad criſim ſignificet. Si igitur undoſus ipſe pulſus fiat et mollis inſigniter, ſperare oportet ſudores. Durus autem vomitus magis quam ſudores praemonſtrare ſolet. Nam altus omnis excretionis eſt nota, quemadmodum et vehemens. Magnus autem ſi fuerit, motionis ad externa magis quam ad in-

Ed. Chart. VIII. [326.]
terna ſignum eſt: duplex autem cum ſit utraque, ad externa quidem per ſanguinis eruptionem et ſudores, ad interna vero per ventrem et ſtomachum; undoſus quidem pulſus ſudores, magnus vero ſimpliciter ſanguinis eruptiones praemonſtrabit; motione vero ad interna ſuperante, ubi adſuerint vomituum ſigna, dejectione alvi aegrotus judicabitur; ubi adfuerint, per ſudores magis: ſi vero et haec adfuerint et venter inſigniter ſubducatur, per utraque. Inaequalis autem pulſus in plurimis ſit criſibus, ac praeſertim ubi aliquid certaminis et periculi habeant; multo vero magis, ubi bilioſi humores ad ventrem confluant, ſimulque adſint alia vomituum ſigna, quae ab Hippocrate dicta ſunt: et omnino inaequales fiunt, quod mordeatur graveturque ſtomachus.

Cap. XXXI. Quoniam autem ſubſtantia facultatis ſingularum partium in bona cujusque ipſarum temperatura poſita eſt (tunc enim proprium opus ſtrenue perſicit, quum temperatiſſima eſt: et ſane male etiam agit, ubi intemperata reddita ſit: et eatenus male quatenus intemperata ſit:) ideo propoſitum eſt nobis deinceps dicere qualis pulſus ſingulas aliarum corporis partium affectiones ſequatur. Diximus autem de corde ubi de febribus ſermonem habuimus. Prope illud ſunt reſpiratoriae partes animalis, hae autem ſunt pulmo et thorax: poſtea alimenti inſtrumenta, hoc eſt jecur et venter inteſtinaque et lien et renes et veſicae ambae. Si igitur pulmo ſe ipſo fiat aliquando calidior, ſtatim et cor calefacit; ſique frigidior ſit, nec hoc denegat, ſummatim, ſuas intemperaturas citius quam alia inſtrumenta cordi impertit. Cauſa hujus rei eſt quod cordi maxime omnium eſt vicinus, perque vaſa ei maxime affinis exiſtit, et per maxima oſtia in ambos ſinus confluxum habent. Pulmoni igitur morboſe calefacto, cor concalefactum pulſus efficit, qui ex uſu pulſuum aucto fieri ſolent. Si vero longiori tempore hoc accidat, periculum ipſi eſt ne hecticam contrahat febrem. Refrigerato autem pulmone, cor compatiens per initia quidem in eam alterationem ducet pulſus quam prius oſtendimus, dum uſus exolvitur, con-

ftitui; in fluxionibus autem commune omnium eft ipfa pulfuum inaequalitas, obftructioque prompte et conftipatio et compreffio principaliffimarum arteriarum ex talibus fit fluxionibus: nec minus etiam plenitudo, quae ad vires refertur; quod tam prope pulmonem fitum fit cor, et per magna oftia confluxum habeat, ac ex tenuibus quidem et paucis fluxionibus minor fit inaequalitas, ex craffis autem et vifcidis et multis major; etenim hae obftruunt et comprimunt et gravant magis. Duriores autem pulfus fiunt quam naturalis ftatus exiftit ex ficcis intemperaturis ac phlegmonofis vel fcirrhofis tumoribus pulmonis: quemadmodum fane et molliores ob oedematofas affectiones. Sane in pulfibus alia etiam quaedam gignitur differentia praeter fuperius dictas ex eo quod fluxio aliquando quidem in ipfas folum incidat afperas arterias, aliquando autem et in laeves et venas, vel etiam intermedias regiones ipforum univerfas occupet; ex afperis enim arteriis folis repletis nulla fecundum duritiem fit mutatio pulfibus: ex laevibus autem arteriae quae in toto animali funt, dum tenduntur, duriorem efficiunt pulfum, oedemata vero molliorem ipfum reddunt, tenfionem nullam facientia, quemadmodum in phlegmonofis et fcirrhofis tumoribus evenit. Ad talium autem intemperaturarum fimilitudinem thoracis etiam intemperaturae easdem faciunt alterationes; tumores vero pro quantitate et idea fingulorum qui ipfos faciunt humorum. Tardius autem thoraci compatitur cor, celerius, pulmone affecto. Pleuritici autem duriorem femper habent pulfum quam peripneumonici; major enim eft tenfio ex duris et denfis partibus in tumorem elevatis. Aequalis autem ut plurimum ex tumoribus coftas [327] occupantibus eft pulfus, ex iis autem qui in pulmone funt inaequalis. Jecore autem aegrotante ex phlegmonis minus duri fiunt quam ex thoracis phlegmonis, tanto quanto quam ex pulmonis magis; compatitur autem promptius cor jecori, remotius licet quam thorax jacenti, ob venae cavae communionem. Ex diaphragmate autem male affecto citra febrem durus quidem fit pulfus et parvus, non tamen multum fre-

Ed. Chart. VIII. [327.]
quens, ſed vel omnino parum, vel nullo modo ad talem pervenit mutationem. Maxima autem nota pleuritidis perniciofae eſt, ſi durus admodum pulſus evaſerit, et ob id etiam parvus, et ob haec duo et caliditatem frequentiſſimus; nullus enim pleuriticus ex tali pulſu ſervatus eſt. Dictum autem mihi in iſagoge eſt pleuriticorum pulſum celerem et frequentem, nec valde magnum eſſe, et quia nervoſiorem durioremque efficit arteriam, tanquam ad vehementiam vertat, inexercitatis imponere, qui duram percuſſionem a vehementi diſcernere nequeunt. Verum de his ſermonem protrahere hoc in loco non oportet. Ventriculus autem male affectus intemperie quidem eo modo quo praedictae partes pulſus alterabit; ſi vero tumor in ejus ore ſubortus ſit, durior pulſus erit ob nervorum multitudinem, non tamen ita durus ut ex diaphragmate. Quemadmodum autem ex doloribus oris ventriculi facultas celerrime fatigatur, eadem ratione non ſuſtinet copiam ne quidem paulifper, ſed gravatur ac fatigatur, pulſusque inaequales efficit. Os autem ventriculi dum facultatem, vel gravatam a multitudine materiae, vel debilitatam habet, jure etiam pulſus efficit nonnunquam quidem languidos et frequentes et parvos, nonnunquam vero inaequales. Ita et in aliis alimenti inſtrumentis invenies mutationes pulſuum, ad praedicta reſpiciens; quaecunque enim dura et contenta et nervis plurimis duris praedita ſunt, facile haec pulſus efficiunt duros; qui vero contrario modo ſe habent, molles. Veſica autem et uterus ſitu quidem nihil inter ſe differunt; durior tamen eſt et nervoſior veſica; quare ubi phlegmone laborat, pulſus magis quam uterus duros efficit. Variabit autem citius magisque ipſum in magnitudinem et parvitatem et alias differentias uterus. Percurram autem aliorum inſtrumentorum intemperies, et primo, exercitationis gratia, intemperies cerebri. Attendere ergo oportet ad conſiſtentiam arteriae, utrum a ſiccitate, vel tenſione tunica appareat dura; deinde, ſi ex ſiccitate appareat, duorum alterum cenſendum eſt in cerebro exiſtere, vel intemperiem calidam et ſiccam, vel bilis redundantiam; ſi ex ten-

ſione, phlegmonoſam affectionem; ſi ex utrisque, cenſere oportet et ipſam affectionem compoſitam eſſe ex ſanguineo et bilioſo humore. Quicunque autem ex nigra bile, quae ob putredinem ebullierit, tale quid patiuntur, duros habent pulſus ob ſiccitatem et tenſionem; ſtatim vero et parvos ob duritiem, et celeriores quam qui ſecundum naturam ſunt, quando febricitant; et frequentiores, propterea quod uſus non adimpleatur. Humidae autem intemperaturae molles tractu temporis pulſus reddunt, et hominem ipſum comatoſum. Si vero febrilis ipſis conjungatur caliditas, lethargus nominatur ipſe morbus; fitque pulſus non mollis tantum, ſed etiam magnus. Si vero ex putreſcente pituita in cerebro talis gignatur affectio, erit quidem et hoc modo morbus lethargus, habebitque pulſus imaginem quandam tenſae arteriae, quamvis mollis ipſa ſit; et magni eatenus in ejusmodi morbis omnibus ſunt, quatenus caliditas aucta ſit; celeritas autem, vel omnino minima, vel nullo modo his intenditur; ita vero et frequentia. Refrigeratione autem morboſa in cerebro eveniente, quando in ſympatheiam pervenit cor, minores et tardiores et rariores quam qui ſecundum naturam ſunt, pulſus fient; et ſi quidem citra materiam ſola intemperies ſit cerebri, ſine tenſione, ſi vero cum materia, melancholica quidem ipſa exiſtente, tendi arterias et propter hoc duriorem apparere pulſum continget; pituitoſa autem non ſimpliciter, ſed ſi quidem craſſa et viſcida ſit pituita, tendentur; ſi vero humida et ſpirituoſa, ſine tenſione mollis erit pulſus; ſi vero permixta ſit, mollis ſimul et cum tenſione quadam. Quoniam autem tenuis meninx non videtur unquam pati ullum ex praedictis morbis ſine cerebro, ſicuti neque cerebrum citra meningem, et dura meninx quam plurimum diſtans a cerebro poteſt etiam ſola pati; ſcito, ſi affecto notabilis ipſius genita fuerit, corque in ſympatheiam attraxerit et arterias, pulſus perinde ac in cerebri affectionibus variabitur, niſi quod in mollitie et duritie non eatenus mollem et durum quatenus cerebrum efficiet, ſed multum quidem durum, parum vero mollem. Quaecunque enim corpora natura dura indurantes ſuſce-

Ed. Chart. VIII. [327]
perunt affectiones, ad maximam perveniunt duritiem, quemadmodum et natura mollia, quae humectantes et fundentes affectiones receperunt, perfecte exoluta fiunt et mollia. Si igitur affecta pars denfa et dura fit, duros efficit pulfus; fi vero carnofa, fi quidem vel phlegmone correpta fit, vel fcirrho, duros, fed minus quam praedictae partes, fi oedemate laboret, molles. Mufculos autem abdominis et thoracis phlegmone tentatos febres quidem facile comitantur, et propter hoc et pulfus magni fiunt et veloces et frequentes, durus autem in ipfis abunde pulfus, vel fpafmofus nunquam fit. Mufculis vero cubiti et tibiae phlegmone tentatis, et praefertim qua parte ipforum exoriuntur tendones, facile quidem eft corripi et fpafmo; facillime etiam pulfus et tendunt et indurantur, adhuc vero magis, fi tendo aliquis ex iis qui in extremis funt manibus vel pedibus phlegmone tentatus fit, prompte quidem pulfus ipfis fit durus, prompte etiam fpafmo corripiuntur; fiunt etiam abunde duri et ob jecoris, vel lienis fcirrhum, fed ex his ita duris nullum fpafmi imminet periculum. Ac lieni quidem cum fcirrho magnopere effet affectus, vidimus etiam multoties nequaquam fupervenire hydropem; jecori vero neceffario fuccedit, tuncque pulfus ambarum affectionum fignis praeditus eft, tunica quidem et humidiori et molliori, indicante tamen aperte tenfionem ex fcirrho ortam, et ob id etiam duriore. Hydrops autem ipfe per fe ipfum fine vifcerum phlegmone nullam facit in pulfu tenfionem. Quo modo autem affectus uteri pulfus alterant, dictum eft, quando ipfum veficae comparabamus. Si vero elythroeides tunica phlegmone tentetur, durus fit pulfus et minor. Ex teftibus autem phlegmone tentatis non aeque durus et magnus propter febrem. Et haec quidem magna ex parte ab internis caufis efficiuntur.

Cap. XXXII. Multoties autem et ab aliqua externa caufa mutationes pulfuum fiunt, quae in hunc modum discernendae funt. Ea quidem quae ex balneis et curfibus, frictionibus et aliis motionibus fit, brevis temporis eft; atque ita celeriter ad priftinam regreditur conftitutionem;

Ed. Chart. VIII. [327. 328.]

quare licet tibi, ubi pulsus tetigeris, atque deinde aliquantisper intermiseris, ac rursus tetigeris, apertissime dignoscere mutationem. Magnitudo [328] autem pulsuum a vino et alimento orta diutissime permanet, distinguiturque per conjunctam ipsi vehementiam; vehemens enim non minus quam magnus pulsus his fit; nunc autem supponitur qui duntaxat redditus sit major; non igitur ab his alteratus est. Jam et magnitudo ab ira orta cum vehementia fit, quae alioqui prudentem non lateat, si in oculos et universum vultum inspiciat. Ei vero qui iram velit occultare, inaequalis pulsus fit; adhucque etiam magis inaequalis est iis qui anguntur et verecundantur. Magnitudinis autem incrementum, quod fit a semicoctis in corpore humoribus, qui coquuntur, aluntque naturam, perinde ut iis, qui cibum sumpserunt, una etiam auget vehementiam. Eodem etiam modo, si quis in sole, vel ad ignem calefactus sit, cutis ipsius squalida et non humida ut a balneis erit. Atque ii quidem sub contrario quodam modo affecti sunt ac loti, quod ad mollitiem et humiditatem cutis attinet; medium inter utrosque locum obtinent fricti et exercitati. Hae quidem ipsae sunt artificiales dignotiones causarum, quae pulsus in magnitudinem et in sanis et in aegrotis vertunt. Externae vero aliae quidem ex indagatione, cum scilicet inter inimicos aut insidiatores, aut malignos tentatores, considerationes facitis. Interdum autem magnitudinem adeptus est pulsus, vel quia medicamentum calefaciens aegrotus sumpserit, vel significationis ratione. In his quidem primum considerare oportet paroxysmi tempus, postea laborantis morem et consuetudinem; si enim aliquo alio tempore, et non paroxysmi magnitudinem pulsus ipse assumpserit, probabile est a calefacientibus potius, non paroxysmi ratione factam esse alterationem; si vero in paroxysmo, probabilius est significationis ratione. Distingues autem exquisite, si parumper intermittens rursus tetigeris. Caliditatem enim a medicamento ortam, propter quam pulsus increvit, semper magis ac magis exolvi contingit progrediente tempore; intendi autem eam quae a paroxysmo fit. De consuetudine autem

Ed. Chart. VIII. [328.]
et more ſciendum quosdam quidem inſuetos eſſe formidoloſosque ad medicamentorum potiones, nonnullos autem conſuetos; ſimiliter et de moribus. Quidam enim inſidiatores ſunt, animoque tenentur, ut cunctos tanquam nihil firmi ſcientes redarguant, quidam vero ſimplices ſunt et modeſti. In his ergo ſuſpicandum non eſt quicquam clam factum eſſe; in inſidiantibus vero ſuſpicari oportet omnia. In primo autem de cauſis pulſuum libro oſtenſum eſt, ubi paulo augeatur caliditas, et in magnitudinem quidem evidenter increſcere pulſum, in celeritatem vero non evidenter; ubi amplius aucta ſit, magnitudinem quidem aſſumere, ſed in celeritatem evidenter increſcere, et aliquid etiam frequentiae adipiſci; quemadmodum ubi plurimum aucta ſit, et uſus generationis pulſuum ſupra maximam ſit diaſtolen, in magnitudinem quidem non increſcere, quando ad extremum auctus ſit, ſed celeritati quantum poteſt una cum frequentia addere; et ubi non amplius celeritatem intendere poſſit, frequentiam incitare. Si vero aegroto cuipiam, qui minorem quam ſecundum naturam eſt pulſum habeat, major poſtea fiat ſine externa motione, huic caliditas amplior priore facta eſt. De minori autem eadem eſt ratio; minor enim ſe ipſo fit, vel facultate imbecilliori reddita, vel inſtrumentis durioribus, vel uſu exoluto. Sed neque facultas imbecillior evaſit nunc, alioqui omnino languor una cum parvitate eſſet: nec corpus arteriae durius, ita enim non ſolum minor, ſed etiam durior eſſet pulſus; ſupereſt ergo uſum tantum mutatum eſſe. Et ſane ex majori quam ſit is qui ſecundum naturam eſt pulſu talem neceſſario factam eſſe verſionem notum eſt iis qui memoria tenent ea quae oſtenſa ſunt in primo de cauſis pulſuum libro. Nam et quae ex naturali ſtatu in parvitatem fit verſio ob frigiditatem, ſtatim etiam rariorem ipſum efficit et tardiorem; et quae ex magno ſupra modum aucto moderati fit imminutio, ſtatim etiam celeritatis et frequentiae aliquid detrahit, propterea quod qui multum ſupra naturalem ſtatum auctus ſit in tribus generibus mutetur. Qui ergo de magnitudine tantum detraxit pulſus, caetera autem immutata

Ed. Chart. VIII. [328.]
fervat, paulo major eft ea qui fecundum naturam eft; hic enim folus ex pauco caliditatis augmento conftat. Aliorum vero qui magnitudine variantur nullus nifi fimul celeritatem affumat, vel frequentiam, talis evadit. Qui vero usque adeo eft immutatus a caliditate ut non magnitudinem folum, fed et celeritatem immutet et frequentiam, contrarium iter tenebit per easdem genere alterationes, quare non folum minor, fed et tardior et rarior erit quam prius. Dum autem calefit, magnitudo evidenter primum, poftea celeritas, deinde frequentia ipfa advenit. Dum refrigeratur, contra, raritas quidem evidenter primo, fecundo tarditas, ultimo parvitas. Tot enim funt quae refrigerationem efficiunt caufae quot quae calefaciunt. Etenim aër frigidus extrinfecus occurrens, quemadmodum et aqua frigida, vel lavacrum, vel medicamentum corpori inunctum, refrigerat; vel etiam longa aliqua quies et veluti latebra frigidius efficit corpus; et eorum quae intro recipiuntur, ut aër, qui infpiratur frigidus et alimentum pituitofum et medicamentum aliquod frigidum, et aquae frigidae ufus immodicus: et ex animi affectibus, diuturnus timor; et ex humoribus qui in corpore continentur, quicunque frigidi temperamento, quiefcentes prius, commoti nunc fint, aut omnino validiores aliquo modo facti fint calidis. Haec autem diftinguere oportet eo modo quo de caufis calefacientibus diximus. Ipfa quidem effentia magnorum et parvorum pulfuum fecundum circulum arteriae confiftit, ubi longitudo par perpetuo fervatur, non tamen apparet par, fed aliqua pars occultatur. At dictum quidem eft de hac re in fecundo de caufis pulfuum libro; bis enim de eisdem dicere non eft neceffe.

Cap. XXXIII. Quoniam autem de magnis et parvis pulfibus quid fignificent dictum eft, jam in praefentia ad fermonem de frequentia et raritate transeundum eft. Pura ergo et minime excrementofa caliditas diaftolen efficit majorem fimul et velociorem; quae vero putribus turbata eft excrementis, fyftolen. Ubi vero ex magnitudine diaftoles pulfus fit frequentior, auctam effe fignificat caliditatem

Ed. Chart. VIII. [328. 329.]
multam in corpore puram; ubi autem, quod maturius incipiat systole, impurae et excrementosae caliditatis copiam indicabit. Simili modo si rarior pulsus fiat secundum externam quietem; si quidem ex brevitate diastoles, refrigeratam esse in animali caliditatem ostendit; si vero, quod tardet systole, minora reddita esse fumosa excrementa; secundum internam vero quietem, contra; si vero propterea quod producta sit systole, pulsus frequens evaserit, copiam subnutriri fumosorum excrementorum; si vero propterea quod maturius incipiat diastole, auctam esse caliditatem: rursus autem secundum hanc eandem quietem rarior quum sit pulsus, si sane ex eo, quod imminuta sit systole, pauciora reddita esse excrementa ostendet; si vero propterea [329] quod tardet diastole, imminutam esse caliditatem. Duplex autem est pulsuum quies, longi quidem temporis, quae duorum pulsuum tempus excedit; brevis autem temporis, quae est intra duorum pulsuum tempus. Quies vero temporum unius pulsus inter intermissiones est moderatissima; ac multi ex ea servati sunt tum senes tum pueri; aetate autem florens ex hac nullus, verum ex ignoratione quidam longam raritatem intermissionem esse opinantes, existimant servatos esse quosdam aetate florentes ex tali pulsus pravitate. Est quidem et haec gravis, ac praecipue aetate florentibus; non tamen perniciosa omnino; in pueris sane et senibus adhuc etiam magis mitis. Mors porro repentina ex intermittentibus evenit pulsibus, quo modo ex apoplexia; extinguitur enim in utrisque caliditas quae in corde est, respiratione privata. Ac raritas quidem ab intermissione pulsuum distincta est prolixitate temporis; interdum vero etiam, quod raritas cum aequalitate aliquando consistat omnium percussionum, intermittens vero pulsus necessario inaequalis fiat; interdum enim per tres, interdum per quatuor, aliquando per quinque percussiones, vel etiam plures intermittere invenitur; et quiescere unum tempus motionis, vel etiam plura. Quae igitur est in ipso cordis corpore refrigeratio magna, eatenus etiam pulsus languidos efficit et tardos et parvos, quatenus

Ed. Chart. VIII. [329.]
et ipſa dominatur; quae vero ab aliqua alia parte proficiſcitur, raritatem plus quam alia praedicta genera a naturali ſtatu amovet. Ubi ergo corpus ipſum cordis refrigerationem ſuſcipit, mors inevitabilior eſt. Ac raritas quidem pulſuum usque adeo perniciofa eſt. Huic vero contraria eſt frequentia, ſicuti et intermiſſioni intercurſio; nam intercurrens pulſus ex inaequali fit frequentia, propterea quod ſaepenumero actionem ſuam minus plene ac uſus poſtulat cor obierit. Jam id ipſum fit, ubi vel cor a multitudine gravatur, vel inſtrumenta ſunt obſtructa, aut anguſtata, quae ſane, opinor, et intermittentium erant cauſae. Enimvero multoties intercurrentes pulſus criſim attulerunt; eſt enim veluti conatus quidam naturae ad certamen ſe parantis. Quod ſi ex hujusmodi criſibus perierunt quidam, nihil hoc facit ut gravior ſit intercurrentium affectio quam intermittentium; multo enim plures ex intermittentibus pereunt, eadem etiam ratione ex valde raris qua ex frequentibus. Etenim febres omnes perurentes frequentem habent pulſum, quum tamen aliquando ipſarum periculo vacent; qui autem in ſyncopis ſunt frequentes, ob languorem, quae a nulla unquam ſyncope ſeparatur, ſunt periculoſi. Praeſtiterit autem ut conſideremus de extremitatibus, quae in omnibus pulſuum generibus ſunt. Ac extrema quidem frequentia nihilo minus quam ſyncope laborantibus ineſt iis qui perurentes febricitant, nec ex toto tamen pernicioſe habent. Raritas autem non eſt unquam ſine periculo, ſicuti nec languor, nec parvitas. Etenim tres hae differentiae pulſuum, cum ad extremum perveniunt, perpetuo ſunt periculoſae; extrema autem magnitudo, ubi una cum morboſa mollitie conſiſtit, periculoſa eſt, ubi autem cum aliqua ſalubri tunicae arteriae conſtitutione, nihil abſurdi habet. Videtur autem et velocium pulſuum genus minus periculoſum eſſe quam tardorum, ſi quidem extrema etiam celeritas minus quam extrema tarditas eſt periculoſa; extrema enim tarditas, ſicuti ſane et raritas, tunc accidunt, ubi innata caliditas extinguitur. Incrementum autem in celeritatem et ob uſum urgentem fit et omnino

Ed. Chart. VIII. [329.]
a facultate valida. Archigenes vero et hic etiam fallitur, qui formicantem pulſum ſuſpicatur celerem eſſe; neque enim celer omnino eſt, neque ad extremum venit frequentiae; ſed omnes pulſus, qui a naturali ſymmetria multum recedunt, non boni ſunt. Ac certe languidiſſimus et tardiſſimus et rariſſimus omnium eſt deterrimus; poſt hos autem minimus et molliſſimus et duriſſimus; poſtea frequentiſſimus. Ac non celerrimus, neque maximus; ſed hi ſunt modice periculoſi. Solus autem ex extremis optimus eſt omnium vehementiſſimus. Et ſane caprizans pulſus ex genere eſt eorum, qui quiete intercipiuntur; inaequalibusque cordis intemperiebus interdum ſupervenit; ſicuti et dicrotus ex genere quidem eſt eorum qui intro retrahuntur, comitatur tamen et ipſe interdum inaequales cordis intemperies et tum magis, ſi fuliginoſa excrementa multa in multis ipſius partibus ſint. Ipſa autem inaequalitas conſiſtit in ſitu partium, ex eo quod arteria ſurſum, vel deorſum, antrorſum, vel retrorſum, dextrorſum, vel ſiniſtrorſum, traducta eſſe videatur, in motione vero ex eo, quod citius vel tardius, maturius vel ſerius, vehementius vel languidius, diuturniori tempore vel breviori, ſemper vel nullo modo, moveatur; in ſingulis autem partibus, ex eo quod interſectus perſpicue ſit, ex quibus eſt et caprizans; ſimili modo, ex eo quod recurrit, ex quibus eſt et dicrotus. Et caprizans quidem eſt ex iis qui ſecundum unam diaſtolen ſunt inaequales; quando quae poſt quietem eſt ſecunda motio et ocyor et vehementior priore ſit. Tradidimus autem in tractatione de differentia pulſuum hujus nomenclaturae cauſam. Ac ea quidem, quae in uno pulſu intermittit inaequalitas, graviſſima omnium eſt inaequalitatum; non ſinit enim ſimplices motiones ſieri ſecundum naturam; ſed impedimento eſt, ac privat motione arterias, non per tres, aut quatuor, aut per aliquos adhuc plures pulſus, ſed in ipſo ſtatim primo, et mortem propinquam minatur.

Cap. XXXIV. Ac ea quidem quae propoſita ſunt omnia, jam finem habent, nam quum ſingularum particularum affectiones cunctas percurreremus, qualemnam pulſum

Ed. Chart. VIII. [329. 330.]

unaquaeque versio faciat declaravimus. Nunc vero in pauca capita synopsin ipsorum redigere conemur. Praesentium igitur dignotio est affectuum inventio: praeteritorum autem dignotio est inventio causarum, quae affectiones faciunt. Si igitur universae affectiones a nobis abunde distinctae sunt, traditaeque sunt omnes effectrices causae in aliis tractationibus; nihil jam restare amplius videtur iis, quae necessaria sunt ad praecognitionem vel praeteritorum vel praesentium. Quod autem futurorum praecognitio ex praesentibus fiat, saepius quidem jam et per ea quae superius dicta sunt ostendimus, et nunc etiam necesse est ut totum sermonem per capita percurramus, initium sumentes a dignotione eorum quae futura expectamus. [330] Ac unum quidem et primum est, quorsum terminabitur morbus, ad perniciemne an ad salutem. Alterum ab hoc, in quo praecipue hoc erit tempore. Tertium ab his, quisnam modus erit mortis, aut salutis. Omnium autem praecognitio ex affectionibus est, ex ipsis enim, ut ostendimus, et morbi idea et facultatis infirmitas ac robur dignoscitur. Haec autem si inter se conferantur, ea quae futura sunt praecognoscuntur. Morbi enim cognitio ex loco affecto est: facultatis autem ex eucrasia et dyscrasia solidorum corporum. Haec autem si inter se conferantur, si quidem vigorem morbi ferre potest facultas, necesse est servari hominem, si nihil extrinsecus sit erratum; si vero non potest, omnino morietur. Tempus autem, in quo praedictorum utrumque erit, ex hisce praecognoscitur. Qui superstites futuri sunt, eo tempore servabuntur, in quo natura morbosam affectionem perfectissime superabit. Morientur autem eo tempore quo morbus adeo erit natura superior ut aliqua ex actionibus ad vitam necessariis pereat. At vero etiam modus tum mortis tum salutis ex eisdem praecognoscetur. Actionum enim ad vitam necessariarum, quae pereunt, nonnullae quidem facultatis vitalis suffocationem inferunt, nonnullae vero prosternationem, nonnullae autem quid alterutri proportione respondens. Ac illae quidem quae suffocationem inferunt, ex respiratoriis sunt affectionibus;

Ed. Chart. VIII. [330.]
nonnullae vero et in ipſo corde protinus conſiſtunt. Quae autem vires proſternunt, ex ſtomachicis quas vocant ſunt affectionibus, ob quas ſyncope corripiuntur; et inſuper ex jecoris affectionibus diuturnis, ob quas non aluntur, et ex doloribus diuturnis, aut vehementibus, itemque ex hecticis omnibus febribus. Animalis autem facultatis imbecillitates magnis cerebri intemperiebus comites ſunt; ejusdem vero quaſi ſuffocationes, impletionibus ventriculorum ipſius et obſtructionibus meatuum, qui in ipſos penetrant. Quare quicunque exquiſite omnia dignoſcit, hic etiam futura perfectiſſime praecognoſcet. Ante omnia autem vitalem facultatem, quae pulſus facit, quomodo ſe habeat dignoſcere oportet. Nonnunquam enim ex ſua ipſius ratione infirma eſt nonnunquam vero a multitudine gravatur, et tria inaequalitatum genera conſtituuntur, ſecundum magnitudinem et parvitatem, ſecundum celeritatem et tarditatem, ſecundum frequentiam et raritatem. Si ergo pulſus vehementes et magni plures contrariis exiſtant, minus facultas a multitudine fatigata eſt; ſi vero parvi et languidi, magis. Ex pulſibus autem ſecundum unam percuſſionem inaequalibus, tum quos interſecto quiete motu tum quos continuo permanente diximus fieri, omnes hi robuſtiorem eſſe facultatem indicant quam omnes ii qui languidiorem et tardiorem motum faciant. In tali igitur pulſuum conſtitutione altus pulſus monſtrabit naturam ſuperiorem jam eſſe multitudine. Altior vero ſimul et vehementior tum robur indicat facultatis tum motionem minime impeditam. Inſpicere autem tunc motionem ſyſtoles oportet; hincque criſeως morem diſcernere. Melior enim criſis ſubſequi ſolet, celeritate ſyſtoles multum exoluta. Si vero et alia concoctionis ſigna, quae in libris de criſibus ſcripta ſunt, adſint, optimam criſin talis praemonſtrat conſtitutio. Si vero celeritas ſyſtoles parum exoluta ſit, vel nondum videatur concoctus eſſe morbus, fiet quidem criſis per excretionem, non tamen bona omnino. Sciendum autem eſt non eandem eſſe facultatem vitalem et nutricem naturalemque; illa enim ſolum pulſus gignit, naturalis autem et quod familiare eſt ad nutritionem trahit.

Ed. Chart. VIII. [330.]
et quod ejusmodi non eſt excernit, unaque etiam nimirum retinet ac alterat id quod familiare eſt. Vitalem certe nec in ſtirpibus eſt invenire, nec in animalibus quae frigida ſint, ut ſunt oſtrea et quaecunque petris vel quibusdam aliis ſolidis corporibus adnaſcuntur; quaecunque autem animalia calida ſunt et praeſertim ſanguinea, apertiſſimam et vehementiſſimam hanc habent facultatem. Naturalis porro facultas criſes efficit, et quatenus hujus participes ſunt arteriae ſuperfluum abjiciunt. Per alteram autem facultatem, pulſatricem inquam, cujus ſolae arteriae ſunt participes, excernunt in ſyſtolis fumoſum excrementum, quemadmodum in diaſtolis attrahunt, quod ipſas refrigeret. Semper autem aequalis magnitudine eſt diaſtole ipſi ſyſtolae, niſi forte quaedam, digitis admotis, repente mutatio fiat. In hoc tamen differunt, quod modo quae ad interna fit motio ſuperet, modo quae ad externa, ſique motio, quae ad interna fit, ſuperet, fumoſam aliquam in arteriis eſſe caliditatem ſignificant; ſi vero quae ad externa, igneam et puram. Ac ob hanc quidem cauſam pulſus altus excretionis eſt nuncius. Copia vero excretionis tum ex eo, quod plethorica praecesserint ſigna tum ex praeſenti flammea caliditate praecognoscitur, ob hancque eandem caliditatem pulſus magni apparent et alti. Peſſimae igitur excretionum ſunt illae, in quibus pulſus nec magnus eſt et velox in ſyſtole apparet. Ubi vero inconcoctus exiſtat morbus, ſi pulſus tenoris vacuus ſit, periculum imminet ſyncopes. Ubi autem pituitoſior morbus ſit, quando in inaequalibus pulſibus mutatio in plures vehementes et magnos fit, per abſceſſum erit criſis. Ubi vero cum pulſu qui excretorius exquiſite ſit, una etiam adſint haemorrhagica quae vocant ſigna, ex naribus ſanguis erumpet; ubi haec ipſa abſint, ex alia quadam regione; quemadmodum in libris de criſibus per diexodon dictum eſt. Et haec quidem ſunt quae de pulſibus in ſynopſin redigere propoſueramus.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΚΡΙΣΕΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

Ed. Chart. VIII. [377.] Ed. Baſ. III. (389.)

Κεφ. α΄. Εἴτε τὴν ἀθρόαν ἐν νόσῳ μεταβολὴν, εἴτε τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον ῥοπὴν μόνην, εἴτε τὴν προηγουμένην αὐτῶν ταραχὴν, εἴτε καὶ τὴν λύσιν ἅπασαν τοῦ νοσήματος, εἴτε καὶ ταύτης μόνην τὴν ἀγαθὴν θέλοι τις ὀνομάζειν κρίσιν, οὐ πρόκειταί μοι διαιρεῖσθαι τανῦν, ὅ τι μὴ πάρεργον· ἀλλ' ὡς ἄν τις κάλλιστα προγινώσκοι τὰ τοιαῦτα σύμπαντα, διελθεῖν ἔγνωκα. ἀρίστη δ' ἀρχὴ τῆς προγνώσεως αὐτῶν ἥπερ δὴ καὶ τῆς ἐσομένης ἀκμῆς. οὕτω δὲ προσαγορεύεται τὸ σφοδρότατον μέρος ὅλης τῆς νόσου.

GALENI DE CRISIBVS LIBER I.

Cap. I. Sive ſubitam in morbo mutationem, ſive ad meliorem ſtatum inclinationem ſolam, ſive perturbationem, quae eas antecedit, ſive omnem morbi ſolutionem, ſive eam tantum, quae bona ſit, criſim velit quis appellare; non eſt mihi niſi obiter hoc in loco diſtinguere propoſitum: ſed quo pacto haec omnia quispiam optime praenoscat, percenſere decrevi. Optimum autem praenotionis eorum principium quod etiam futuri ſtatus: ſic autem appellatur vehementiſſimum totius morbi tempus.

Κεφ. β'. Τέσσαρα μὲν γὰρ ἅπαντα τὰ μόρια τῶν νόσων ἐστὶν, ἀρχὴ καὶ αὔξησις καὶ ἀκμὴ καὶ παρακμή. φθάνουσι δ' ἔνιαι τῶν νόσων διά τε τὴν σφῶν αὐτῶν κακοήθειαν καὶ διὰ τὴν τοῦ κάμνοντος ἀδυναμίαν ἐν τῷ τῆς ἐπιδόσεως χρόνῳ διαφθεῖραι τὸν ἄνθρωπον, ὥσπερ ἕτεραί τινες ἐν τῷ τῆς ἀκμῆς. εἰ δὲ κἀν τῷ τῆς παρακμῆς χρόνῳ δύναιτό τις ἀποκτεῖναι νόσος, εὐλόγως ἐζήτηται. περὶ μὲν δὴ τούτου προϊόντος τοῦ λόγου διορισθήσεται. τὰ δὲ οὖν τέτταρα μόρια ταῦτα καλοῦσιν μὲν ἔνιοι καὶ καιροὺς ὅλου τοῦ νοσήματος, δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ καθόλου καιροὺς ὀνομάζουσιν, ὡς ἂν διαφέροντας δηλονότι τῶν κατὰ μέρος, εἰς οὓς ἕκαστος τῶν παροξυσμῶν διαιρεῖται. [378] ὁρίζονται δὲ οὐχ ἡμερῶν ἢ ὡρῶν ἀριθμῷ, καθάπερ ἂν οἰηθείη τις. (390) οὐ γὰρ ἐνδέχεται τὴν ἐν τέτταρσιν ἡμέραις λυθεῖσαν νόσον ἰσόχρονα κεκτῆσθαι τὰ μόρια τῇ μέχρι τῆς τεσσαρακοστῆς ἐκταθείσῃ. καὶ μέχρι μὲν τοῦδε σχεδὸν ἅπαντες ὁμολογοῦσιν ἀλλήλοις. ὅτῳ δὲ χρὴ κρίνειν τε καὶ διορίζειν τοὺς εἰρημένους καιροὺς, οὐκ ἔτι ἐν τῷδε συμφωνοῦσιν ἀλλήλοις·

Cap. II. Sunt enim omnia morborum tempora quatuor numero, principium, incrementum, ftatus et declinatio. Quidam vero morbi ob eorum malignitatem atque ob aegrotantis imbecillitatem ftatim in tempore incrementi hominem occidunt; ficut et quidam alii in ipfo ftatu. An vero etiam in declinationis tempore aliquis morbus poffit occidere, non fine ratione quaefitum eft; fed de hoc procedente fermone determinabitur. Has autem quatuor partes quidam etiam tempora univerfi morbi appellant. Eandem autem ob caufam tempora etiam vocant univerfalia, ut quae a particularibus differant, in quae fingulae acceffiones dividuntur. Definiuntur autem non dierum vel horarum, ut quispiam exiftimaverit, numero; neque enim fieri poteft, ut morbus qui in quatuor diebus fit finiturus, aequalia habeat tempora partium cum eo, qui usque ad quadragefimum diem debeat extendi. Et omnes quidem hucusque confentiunt. Quomodo autem judicare atque diftinguere hujusmodi tempora oporteat, non etiam in hoc omnes inter

ἀλλ' οἱ μὲν εἰ προλαμβάνουσιν ἢ ὑστερίζουσιν οἱ παροξυσμοὶ σκοποῦσιν, οἱ δὲ εἰς τὸ μῆκος αὐτῶν ἀποβλέπουσιν, οἱ δὲ εἰς τὸ μέγεθος, ὅπερ δὴ καὶ σφοδρότητα προσαγορεύουσιν. ἔνιοι δὲ τὰ αὐτὰ ταῦτα καὶ κατὰ τὰς ἀνέσεις ἐπισκοποῦνται, κἄπειτα πρὸς ἀλλήλους ἐρίζουσιν, ἐνὸν ἅπαντά τε συνθεῖναι τὰ λελεγμένα καὶ πρὸς αὐτοῖς ἕτερα τὰ νῦν ῥηθησόμενα, μόγις γὰρ ἂν οὕτως τις ἀκριβῆ στοχασμὸν ποιήσαιτο τοῦ καθεστῶτος καιροῦ. τὸ δὲ παραλιπεῖν ὁτιοῦν ἐξ αὐτῶν ἄσκεπτον εἰς τοσοῦτόν ἐστι βλάπτον τὴν πρόγνωσιν εἰς ὅσον ἂν ἢ μεγέθους ἢ δυνάμεως ἥκῃ τὸ παραλειπόμενον.

Κεφ. γ'. Εἰ τοίνυν ἐπιδίδωσιν ἡ νόσος, οὐ μόνον ἐν τῷ προλαμβάνειν τοὺς παροξυσμοὺς τεκμαίρεσθαι προσῆκεν, ἀλλὰ καὶ τὸ μῆκος αὐτῶν ἐπισκοπεῖσθαι χρὴ, καὶ τὸ μέγεθος, καὶ τὸ ἦθος τὸ μετὰ συμπτωμάτων, εἰ τύχῃ, ἢ ἄνευ τούτων, ὥσπερ οὖν κἀπὶ τοῦ διαλείμματός τε καὶ τῆς παρακμῆς τὰ αὐτὰ ταῦτα θεωρεῖν ἀξιῶ. καλῶ δὲ διάλειμμα μὲν, ἐπειδὰν εἰς ἀπυρεξίαν ὁ παροξυσμὸς παύηται· παρακμὴν δὲ τὸ μετ'

conſentiunt; ſed nonnulli quidem, ſi anticipent, aut cunctentur acceſſiones, conſiderant; hi vero ad earum longitudinem reſpiciunt; alii ad magnitudinem, quam etiam vehementiam nominant; quidam et haec ipſa in remiſſionibus conſiderant; deinceps invicem altercantur, quum liceat quae diximus omnia conjungere, ac praeterea alia quae nunc dicentur; hac enim via vix quispiam exquiſitam faceret conſtituti temporis conjecturam. Si vero quidpiam ex his indiscuſſum praetermittatur, tantum praecognitioni nocebit quantum vel magnitudinis vel virium quod praetermittitur obtinebit.

Cap. III. Numquid igitur morbus augeatur, non ex eo tantum conjicere oporteat, quod acceſſiones anticipent; ſed etiam earum longitudinem oportet annotare et magnitudinem quoque ac morem qui cum ſymptomatibus verbi gratia, vel ſine his evenit; ſicut etiam in intermiſſione et declinatione haec eadem exiſtimo conſideranda. Voco autem intermiſſionem quando febris in quietem deſierit; declinationem

αὐτὴν ἀκμὴν ἅπαν αὐτοῦ μέρος, ἕως τῆς ἀρχῆς τοῦ δευτέρου παροξυσμοῦ. τὸ γάρτοι προλαμβάνειν αὐτὸ καθ᾽ ἑαυτὸ μόνον οὐχ ἱκανὸν αὐξήσεως σημεῖον ὑπάρχει, ἰδιότητι πολλάκις ἑπόμενον νόσου μᾶλλον ἢ διὰ τὴν ἀνάβασιν αὐτῆς γιγνόμενον. ἀμέλει καὶ τριταῖαί τινες ἤδη καὶ τεταρταῖαι καὶ ἀμφημεριναὶ περίοδοι, μέχρι παντελοῦς λύσεως, οὕτως ὤφθησαν παροξυνόμεναι. καὶ καλεῖν γε τοῖς ἰατροῖς ἔθος ἐστὶ τοὺς τοιούτους τύπους προληπτικοὺς, ὥσπερ ἑτέρους ὑστερητικοὺς, οἳ ἂν ἀπ᾽ ἀρχῆς εὐθὺς ἐπιλαμβάνουσί τι τοῦ μέλλοντος χρόνου. ἀλλά τοι κἀπὶ τούτων τὸ τῆς ἀναλογίας πλέον ἐπιλαβεῖν, ἢ προλαβεῖν, τὸ μὲν παρακμῆς, τὸ δ᾽ αὐξήσεως εἶναι δοκεῖ γνώρισμα. τὸ δὲ ἁπλῶς προλαμβάνειν, ἢ ὑστερίζειν, οὐδετέρου. σκοπεῖσθαι δὲ προσήκει οὐ τοῦτο μόνον, εἰ προὔλαβεν ὁ δεύτερος παροξυσμὸς τῆς συνήθους ὥρας, ἀλλ᾽ εἰ καὶ τὸ μῆκος αὐτῷ τοῦ χρόνου ταὐτὸν, ἢ τὸ μέγεθος ἴσον, ἢ εἰ νῦν κακοηθέστερος, ἢ ἁπλούστερος ἐγένετο. τὰ δ᾽ αὐτὰ ταῦτα κἀπὶ τῶν διαλειμμάτων τε καὶ τῶν παρακμῶν ἐπισκοπεῖσθαι χρή. τὸ μὲν δὴ μῆκος τοῦ χρόνου ῥᾴστόν κατα-

omnem ejus partem quae ſtatum ipſum ſubſequitur usque ad ſecundae acceſſionis principium. Nam anticipatio ſola per ſe ipſam non eſt ſufficiens ſignum incrementi, quod ſaepe morbi proprietatem conſequitur potius quam ejus incrementum, quum et quartani et tertiani et quotidiani quidam circuitus usque ad integram ſolutionem ita anticipare viſi fuerint. Conſueverunt autem medici tales typos anticipantes nominare; ſicut alios vocant tardantes, quicunque ſtatim ab initio futuri temporis aliquid poſterius aſſumunt. Sed et in his plus quam proportio exigit vel anticipare, vel cunctari, alterum incrementi, alterum declinationis videtur eſſe indicium; ſimpliciter autem anticipare, vel cunctari, neutrius. Convenit autem non ſolum advertere, numquid ſecunda acceſſio conſuetam anticipaverit horam, ſed numquid etiam longitudo temporis eadem, aut magnitudo aequalis, aut quae nunc adeſt ſit malignior aut ſimplicior. Haec ipſa etiam ſunt in intermiſſionibus et declinationibus inſpicienda. Longitudinem quidem temporis

Ed. Chart. VIII. [378. 379.] Ed. Baf. III. (390.)

μαθεῖν· τὸ μέγεθος δὲ, ὅπερ καὶ σφοδρότητα καλοῦσι, καὶ μέντοι καὶ τὸ ἦθος, ὅπερ καὶ τρόπον ὀνομάζουσιν, ἔκ τε τῆς οἰκείας τοῦ νοσήματος ἰδέας θεωρεῖν, κἀκ τῶν ἐπιγινομένων αὐτῷ συμπτωμάτων. ἐκ μὲν τῆς οἰκείας ἰδέας τοῦ νοσήματος, εἰς τὰ συμπληροῦντα τὴν ἰδίαν αὐτοῦ φύσιν ἀποβλέποντα, καθάπερ, εἰ τύχῃ, ἐπὶ πλευρίτιδος, εἴς τε τὸ νυγματῶδες ἄλγημα τῆς πλευρᾶς καὶ τὸν ὀξὺν πυρετὸν καὶ τὴν βῆχα καὶ δύσπνοιαν. ἐκ δὲ αὖ τῶν ἐπιγινομένων αὐτῷ συμπτωμάτων, εἰ πολλὰ καὶ πολυχρόνια καὶ ἰσχυρὰ καὶ κακοήθη γίγνοιτο, ἢ τοὐναντίον ὀλίγα καὶ ὀλιγοχρόνια καὶ μικρὰ καὶ ἁπλᾶ. [379] καὶ μὲν δὴ καὶ ὁ τοῦ διαλείμματός τε καὶ ὁ τῆς παρακμῆς χρόνος, εἰ μακρότερος τοῦ πρόσθεν, ἢ βραχύτερος, ἢ δυσφορώτερος, ἢ εὐφορώτερος, ἢ εἰ παραμένει τι τῶν ἐκ τοῦ παροξυσμοῦ συμπτωμάτων, ἢ πέπαυται πάντα. εἰ μὲν γὰρ τὰ χείρω τῶν εἰρημένων εὑρίσκοιτο, σαφῶς ἐπιδίδωσιν ἡ νόσος· εἰ δὲ τὰ βελτίω, παρακμάζει. προλαμβανέτω γὰρ ὁ παροξυσμὸς τῆς συνήθους ὥρας καὶ μακρότερος γινέσθω καὶ σφοδρότερος καὶ κακοηθέστερος καὶ σὺν πολλοῖς καὶ μοχθη-

facillimum eſt cognoscere; magnitudinem vero, quam et vehementiam vocant et morem, quem etiam modum appellant, tum ex propria morbi ſpecie tum ex ſupervenientibus ei ſymptomatibus ſpectanda cenſeo. Ex propria quidem morbi ſpecie ea quae propriam ipſius complent naturam contemplando, veluti exempli cauſa in pleuritide ad lateris dolorem pungentem et febrem acutam et tuſſim et ſpirandi difficultatem. Ex ſupervenientibus vero ſymptomatibus, ſi multa, ſi diuturna et valida atque maligna etiam extiteriut, aut contra pauca ac brevis temporis et parva et ſimplicia fuerint. Sic et intermiſſionis ac declinationis tempus, ſi longius praecedente vel brevius, aut toleratu difficilius vel facilius, aut ſi quod ex acceſſione ſymptomata remanſerint aut omnia ceſſarint. Si enim iis quae diximus adſint pejora, morbus augetur manifeſte, ſi vero meliora, declinat. Sit enim ut acceſſio conſuetam anticipet horam, longior etiam fiat atque vehementior maligniorque et cum multis pravisque ſymptomatibus,

Ed. Chart. VIII. [379.] Ed. Baſ. III. (390.)

ροῖς συμπτώμασι ἐνοχλείτω. γινέσθω δὲ καὶ ὁ τῆς παρακμῆς χρόνος βραχύς τε ἅμα καὶ οὐκ ἀκριβῶς εὔφορος, οὐδὲ ἐλεύθερος ἁπάντων τῶν ἐκ τοῦ παροξυσμοῦ συμπτωμάτων, οὐδεὶς ἂν, οἶμαι, περί γε τῶν οὕτω καμνόντων ζητήσειεν, ὡς οὐκ ἐπιδίδωσιν αὐτοῖς εἰς μέγεθος ἡ νόσος. αὖθις δὲ τἀναντία πάντα τούτοις γινέσθω. τῆς μὲν εἰσβολῆς ὑστεριζούσης, τοῦ μήκους τε καὶ τοῦ μεγέθους τοῦ κατὰ τὸν παροξυσμὸν ἐλαττουμένου καὶ τῆς κακοηθείας πραϋνομένης καὶ τῶν ἐπιγινομένων συμπτωμάτων ἐλαττόνων τε καὶ ἁπλουστέρων ὄντων, ἢ οὐδ᾽ ὅλως ἐπιφαινομένων, καὶ τοῦ διαλείμματος, ἢ τῆς παρακμῆς εὐφόρου καὶ μακρᾶς γινομένης, καὶ πάντα ἐξαλειφούσης τὰ τοῦ παροξυσμοῦ συμπτώματα, καὶ γὰρ καὶ ταῦτα σαφέστατα παρακμῆς γνωρίσματα, καθάπερ τὰ πρότερα τῆς ἐπιδόσεως. ὅταν δὲ ἰσάζῃ πως μάλιστα τὰ κατὰ τοὺς παροξυσμοὺς ἀμφοτέρους, ἀκμάζειν δηλοῖ τὴν νόσον. ἆρ᾽ οὖν ἤτοι πλείω τοῦ δέοντος ἡμεῖς εἴπομεν; ἢ Ἱπποκράτης τι παραλέλοιπεν ἐν οἷς ἐκδιδάσκων, ὅπως ἄν τις ἐκ περιόδων εὑρίσκοι νοσήματος ἐπίδοσιν, ἀλλήλοις φησὶ χρῆναι παρα-

ſit etiam ut declinationis tempus breve ſiat, neque exquiſite toleratu facile, neque omnino a ſymptomatibus acceſſionis liberum, nullus, arbitror, de hujusmodi aegrotantibus quaeret num morbus in eis ad magnitudinem crescat. Rurſus vero fiant omnia his contraria, nimirum ipſius inſultus initium tardet, longitudoque acceſſionis ac magnitudo minuatur, malignitas mitigetur et ea quae ſuperveniunt ſymptomata minora ſimplicioraque ſint, vel neque omnino mox appareant, intermiſſio etiam, vel declinatio toleratu facilis longaque ſuccedat, omniaque deleat acceſſionis ſymptomata, nam et haec maniſeſtiſſima ſunt declinationis indicia, ſicuti priora augmenti. Quum vero quae ad acceſſiones ambas pertinent aequalia fuerint, morbum in ſtatu eſſe demonſtrant. Numquid igitur plus quam erat opportunum a nobis eſt dictum? aut aliquid ab Hippocrate praetermiſſum, ubi docet, quo pacto quispiam ex circuitibus inveniat morbi incrementum? Ait enim, *Acceſſiones eſſe invicem conſe-*

Ed. Chart. VIII. [379.] Ed. Baf. III. (390.)

βάλλειν τοὺς παροξυσμοὺς, εἰ ἐπὶ τὸ πρωϊαίτερον, ἢ οὔ· καὶ εἰ ἐπὶ πλείονα χρόνον, ἢ οὔ· καὶ εἰ μᾶλλον, ἢ οὔ. τὸ μὲν γὰρ πρωϊαίτερον, ἢ οὒ, τοιόνδε τι δηλοῖ, εἰ τῆς συνήθους ὥρας ὁ παροξυσμὸς προὔλαβεν, ἢ ὑστέρισε. τὸ δὲ ἐπὶ πλείονα χρόνον, ἢ οὒ, πότερον πολυχρονιώτερος, ἢ βραχυχρονιώτερος ἐγένετο. τὸ δὲ μᾶλλον, ἢ οὒ, τὰ λοιπὰ τῶν εἰρημένων ἡμῖν ἔμπροσθεν ἐν ἑαυτῷ περιλαβὸν ἔχει. καὶ γὰρ καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸ ἦθος, αὐτοῦ τε τοῦ νοσήματος καὶ τῶν ἐπιγινομένων αὐτῷ συμπτωμάτων, ἔτι τε πρὸς τούτοις τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον νοεῖν χρὴ περιεχόμενον. οὕτω δὲ καὶ τῆς παρακμῆς, ὡς μέρους καὶ αὐτῆς τοῦ σύμπαντος παροξυσμοῦ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, ἐκ τῶν αὐτῶν γε τούτων σκοπῶν ἐξευρίσκειν χρή. ἐπιδόσεως μὲν δὴ, καὶ ἀναβάσεως καὶ αὐξήσεως, ἅπαντα γὰρ ταῦτα προσαγορεύουσι τὸν δεύτερον καιρὸν τῆς νόσου, τό τε πρωϊαίτερον παροξύνεσθαι καὶ τὸ πλείονα χρόνον καὶ τὸ μᾶλλον, γνωρίσματα, καθάπερ γε τῆς παρακμῆς τἀναντία τό θ' ὑστερίζειν τὸν παροξυσμὸν καὶ βραχυχρονιώτερον γίνεσθαι, καὶ

rendus; ſi citius, vel non; ſi in longius tempus, vel non; ſi denique magis, vel non. Hoc enim verbum (*citius, vel non*) nihil aliud oſtendit, niſi utrum acceſſio horam conſuetam anticipaverit, vel tardior facta ſit; illud autem, *in longius tempus, vel non*, numquid longius perduraverit tempus an brevius; illud vero, *magis vel non*, reliqua omnia, quae prius a nobis explicata ſunt in ſe comprehendit, nam et magnitudinem et morem ipſius morbi et ſupervenientia et ſymptomata, eorumque inſuper numerum in eo quod dicitur magis ac minus comprehendi exiſtimes, ſic et declinationis, ut quae et ipſa ſit totius acceſſionis pars, magis ac minus ex eisdem invenire oportet intentionibus. Incrementi itaque et ascenſus et augmenti, his enim omnibus nominibus ſecundum morbi tempus appellant, ſi citius fiat acceſſio, ſi longiori tempore duret, ſi magis etiam indicia ſunt, ſicut his contraria declinationis ſigna oſtendunt, ſi videlicet tardius ſiat acceſſio, ſi breviori tempore

παντοίως τοῦ πρόσθεν ἀσθενέστερον. ἀκμῆς δ' ἐστὶ σημεῖον ἡ ἐπὶ τῶν αὐτῶν μονή τε καὶ στάσις. καίτοι πολλάκις ἐν ταῖς νόσοις οὐδεὶς αἰσθητὸς χρόνος εὑρίσκεται τοιοῦτος. ἀλλ' ὁ τέταρτος, εἰ τύχῃ, παροξυσμὸς, ἔτι τὰ τῆς ἀναβάσεως ἔχων σημεῖα τὸν πέμπτον ἤνεγκε παρακμαστικὸν, ὀξυῤῥόπου δηλονότι τῆς ἀκμῆς γενηθείσης, ὡς μηδὲ γνωρίσαι τινὰ παροῦσαν αὐτὴν, ἀλλὰ τοῦ πρώτου χρόνου τῆς παρακμῆς δεηθῆναι πρὸς ἀκριβῆ διάγνωσιν. παραπλήσιον δέ τι κἀν ταῖς αὐξήσεσιν ὑπάρχει τῶν νοσημάτων. ἐνίοτε γὰρ ὁ πρῶτος παροξυσμὸς ἀρχήν τε ἅμα καὶ ἀνάβασιν ἔχει καὶ ἀκμὴν ἐν ἑαυτῷ· κατὰ μὲν τὰ πρῶτα μέρη δηλονότι τὴν ἀρχὴν, ἐφεξῆς δ' αὐτῇ τὴν ἀνάβασιν, ὑστάτην δὲ δηλονότι τὴν ἀκμήν. εἶθ' ἑξῆς ὁ δεύτερος ἐναργῶς ἐφαίνετο παρακμαστικός. ἀλλ' ἐπιστάντος μὲν τοῦ δευτέρου παροξυσμοῦ, τηνικαῦτα γνωρίζειν ὁποῖός τις ὁ πρῶτος ἐγένετο παροξυσμὸς, πρὸς τῷ παντὸς ἔργον ὑπάρχειν ἰατροῦ, καὶ τὴν ἀξιολογωτάτην χρείαν ἀπόλλυσι τῆς προγνώσεως, ὡς ἐπιπλέον ἐν τοῖς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου δέδεικται γράμμασιν.

duret, ſitque omnino praecedente debilior. Statum vero indicant, ſi in eisdem permaneant ac perſiſtant. Et quidem ſaepe in morbis nullum ſenſibile tempus invenitur hujusmodi, ſed habente adhuc quarta, ſi ita contigerit, acceſſione indicia augmenti, quinta ſuperveniet acceſſio declinationis principium, quomodo videlicet ſtatus momentaneus extiterit, adeo ut nemo quum adeſſet agnoverit, ſed, ut exquiſite dignoscatur, primum declinationis tempus ſit neceſſarium. Simile quiddam etiam accidit in morborum augmentis, nam interdum prior acceſſio principium ſimul habuit et ascenſum et ſtatum, ſcilicet in prima ſui parte principium, deinde ascenſum, poſtremo vero ſtatum, deinde ſecunda acceſſio manifeſte viſa eſt declinare. Sed praeſente quidem ſecunda acceſſione, tunc demum cognoscere qualis fuerit illa quae praeceſſit praeter id, quod unusquisque medicus id facere poteſt, rem etiam maximi momenti in uſu medicinae deſtruit, praenotionem ſcilicet, de qua plenius in libris de arte

[380] ἰατροῦ δ᾽ ἐστὶ γενναίου καὶ τῆς Ἱπποκράτους γνώμης ἀξίου προγνῶναι τὴν μέλλουσαν ἀκμὴν, εἴ γε δὴ καὶ τὰ διαιτήματα σύμπαντα πρὸς αὐτὴν ἀποβλέπων ποιεῖται. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τὴν ἐπίδοσιν δηλονότι καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος οὐκ ἐπειδὰν συμπληρωθῇ, τότε γνωρίζειν, (391) ἀλλ᾽ ἐκ πολλοῦ χρόνου προγινώσκειν ἄμεινον ἂν ᾖ.

ῥίγους σφοδροῦ, τοὺς σφυγμοὺς οἵους εἴρηκα ποιούμενος. ἔπειτ' ὀλίγον ὕστερον αὔξεταί τε καὶ πρὸς τὴν ἀκμὴν ἐπείγεται σὺν οἷς εἴρηται πᾶσιν. εἶτα λύεται καθ' ὃν εἴρηται τρόπον. ἡ γένεσις δὲ αὐτοῦ καταστάσεως μὲν αὐχμηρᾶς καὶ θερμῆς δεῖται, καὶ τὸ σύμπαν φάναι, θερινῆς ὥρας, ἡλικίας δ' ἀκμαστικῆς καὶ χολώδους φύσεως, ἐν πόνοις καὶ φροντίσι καὶ ἀγρυπνίαις καὶ τροφῶν ἐνδείαις γεγενημένης. καὶ εἰ βούλει πρόσθες τούτοις διὰ τοὺς λιθίνους τούτους μεθοδικοὺς, ὅπερ εἴωθέ που καὶ ὁ Ἀρχιγένης προσγράφειν. ἔστω δὲ δή του καὶ ἡ παροῦσα κατάστασις ἐπιδημίαν ἐνηνοχυῖα τριταίων, ἵνα τοῖς τεχνικοῖς γνωρίσμασι καὶ τὸν ἰδιωτικὸν μὲν, ἀληθῆ δὲ στοχασμὸν προσθεὶς, αὐξήσῃς τὸ πιστὸν τῆς προγνώσεως. ὦ πρὸς τῶν θεῶν οὔπω τοῦτον ἐροῦμεν εἶναι τριταῖον, ἀλλὰ τὴν τῶν ἐριουργῶν ἀναμενοῦμεν διάτριτον, ἣν ἐν τῇ γυναικωνίτιδι τρεφόμενος ὁ ληρώδης Θεσσαλὸς ὑπὸ πατρὶ μοχθηρῶς ἔρια ξαίνοντι, κακῶς ἐτόλμα λέγειν Ἱπποκράτην τε καὶ τοὺς ἄλλους παλαιούς; ὁ τὰ τῆς ἰατρικῆς ἅπαντα θεωρήματα καταλαζονευσάμενος ἑστῶτα ὑπάρχοντα καὶ βέβαια,

[r]ore, faciens quales diximus pulſus, deinde paulo poſt [a]ugetur, properatque ad ſtatum cum iis quae diximus om[n]ibus, deinde ſolvitur eo quo diximus modo. Ipſius vero [g]eneratio et tempeſtatem aeſtuoſam et calentem requirit et [u]t ſummatim dicam, aeſtivum tempus aetatem jam conſiſten[te]m, et naturam bilioſam, quae in laboribus, vigiliis, curis [e]t inediis extiterit, et ſi libet, his etiam adde id quod con[su]evit Archigenes propter lapideos iſtos methodicos adſcri[b]ere, ſit ſcilicet ut praeſens tempeſtas multas tertianas po[p]ulariter tulerit, ut artificioſis indiciis vulgarem quidem, [v]eram tamen conjecturam adjungens, fidem praecognitionis [a]ugeas. Numquid per Deos nondum etiam dicemus hanc [es]ſe tertianam, ſed lanificorum diatritum expectabimus, [q]uam delirus Theſſalus inter mulieres educatus ſub patre [fl]agitioſe lanas pectente male audebat dicere in Hippo[cr]atem et reliquos medicos veteres ſuperbe invehens? Qui [o]mnia medicinae theoremata conſtantia ac firma pronuncia-

τριταῖον εἰσβάλλοντα πυρετὸν οὐχ οἷός ἐστι γνωρίζειν, ἀλλ' ἀναμένει τὴν διάτριτον. τοῦτο γάρ τοι θαυμαστόν ἐστιν. ὅσα μὲν οὐκ ἦν βέβαια, ταῦτα εἶπεν εἶναι βέβαια, σύμπαντα δὲ ἠγνόησε τὰ κατὰ τὴν ἀλήθειαν βέβαια. ταύτης μὲν δὴ τῆς γραὸς οὐδὲ μεμνῆσθαι προσήκει.

Κεφ. δ'. Τοῦ δ' ἀκριβοῦς τριταίου ἤδη γνωρισθέντος, ἐπὶ τὸν ἀκριβῆ τεταρταῖον μετιέναι ἤδη καιρὸς, οὗ τὴν μὲν ἀρχὴν ὁποία τίς ἐστιν, ἤδη προειρήκαμεν, ὡς οὐδὲν ὅμοιαν ἔχουσαν τῇ τριταϊκῇ περιόδῳ, κατά τε τὸ ῥίγος καὶ τοὺς σφυγμούς. τὰ δ' ἐφεξῆς ἤδη λέγωμεν. καίτοι τό γε τῶν ἐν τοῖς παροξυσμοῖς σφυγμῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων ὑπομνῆσαι καὶ νῦν εὔλογον. εἰ γὰρ εἰδείης τοῦ νοσοῦντος τὸν κατὰ φύσιν σφυγμὸν, ἢ εἰ καὶ καθ' ἑτέραν αὐτοῦ νόσον, ἐν ἀρχῇ παροξυσμοῦ παραγεγονὼς εἴης, μηκέτ' ἄλλο μηδὲν ἀναμείνῃς εἰς ἀπόφασιν τοῦ τεταρταῖον εἶναι τὸν εἰσβάλλοντα πυρετόν. ἐξαίσιος γάρ τις ἡ εἰς ἀραιότητά τε καὶ βραδύτητα τροπὴ γίνεται. καὶ ἔγωγε τῶν ἐμαυτοῦ συνήθων τινὰς, ὧν ἀκριβῶς εἶδον τοὺς σφυγμοὺς εἰσβάλλοντος τοῦ παροξυσμοῦ θεασάμενος,

vit, tertianam febrem invadentem nequit agnoscere, fed diatritum expectat, hoc fi quidem admirabile eft, quae quidem non erant certa, haec certa dixit effe, omnia autem quae vere certa erant, ignoravit. Sed hujus quidem vetulae nec meminiffe convenit.

Cap. IV. Poftquam vero exquifitam tertianam jam patefecimus, ad exquifitam quartanam tranfire tempus eft. Cujus principium quale fit, jam diximus antea, quod videlicet nihil fimile habeat in rigore ac pulfibus cum tertianae circuitu; nunc reliqua jam dicamus. Sed neque illud ratione caret, ut pulfus, qui in acceffionibus funt, quamvis antea memoratos, iterum repetamus, fi enim cognoveris pulfum aegrotantis naturalem, vel in altero ipfius morbo per initia acceffionis affueris, nihil amplius expectabis, quin febrem invadentem quartanam effe pronuncies, nam eximia quaedam ad tarditatem ac raritatem converfio fit. Ego quidem nonnullos meos familiares, quorum pulfus exquifite cognoveram, jam ingruente acceffione contemplatus,

ἀπεφηνάμην ὡς οὐκ ἐνδέχεται τὴν ἀρχὴν ταύτην ἄλλου τινὸς ὑπάρχειν, ἢ τεταρταίου πυρετοῦ, καὶ οὕτως ἀπέβη. σὺ δ' εἰ τῆς περὶ τοὺς σφυγμοὺς τέχνης ἀπειροτέρως ἔχεις, εἶθ' ἡ μὲν ἀραιότης αὐτῶν καὶ βραδύτης κινήσειέ σε, ἀσφαλέστερον δ' ἔτι καὶ ἀκριβέστερον διορίσασθαι βούλοιο, τῶν Ἱπποκράτους ἀναμιμνήσκου κἀνταῦθα παραγγελμάτων. ὡς γὰρ ἐν θέρει τριταίους πυρετοὺς πλεονάζειν, οὕτως ἐν φθινοπώρῳ τεταρταίους ἔφησε. ἐπίσκεψαι δὲ πρῶτον μὲν αὐτὸ τοῦτο, εἰ ξηρὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ἀνώμαλον ἐν τῇ κράσει τὸ φθινόπωρον ἐγένετο, καὶ μᾶλλον ἔλπιζε τεταρταίας περιόδους ἐν αὐτῷ συστήσασθαι πολλάς. εἶθ' ἑξῆς, εἰ καὶ τὸ χωρίον αὐτὸ τοιούτων πυρετῶν εὔφορον ᾖ, καὶ ἡ φύσις τοῦ κάμνοντος μελαγχολικωτέρα. καὶ τὰ τῆς προγεγενημένης διαίτης, οἷα μέλαιναν [414] ἀθροῖσαι χολήν. καὶ εἴ τις ἐπιδημία νῦν ἐστι τεταρταίων πυρετῶν. ἐπισφραγίζου δὲ ταῦτα τοῖς ἐφεξῆς εἰρησομένοις· εἰ καὶ ὑπόσπληνος ὁ ἄνθρωπος ᾖ, ἢ εἰ ἐκ πεπλανημένων πυρετῶν, ἢ εἰ καὶ τὰ τῆς ἀναβάσεως καὶ τὰ τῆς ἀκμῆς, ἐναντιώτατα τοῖς τριταίοις εἴη πυρετοῖς, κατά τε τὰς τοῦ

quod tale principium nullius alterius quam quartanae febris fore contingeret pronunciavi, atque id evenit. Tu vero fi artis, quae circa pulfus verfatur, magnam non habes peritiam, deinde raritas ac tarditas eorum te moveat, fecurius tamen ac exquifitius velis discernere, praecepta Hippocratis hoc in loco ad memoriam revoca, qui tempore *aeftivo tertianas febres, autumnali vero quartanas graffari* dixit. Primum vero hoc ipfum confidera, numquid autumnus frigidam et ficcam et inaequalem habuerit temperiem, et tunc magis fperabis quartanos circuitus in ipfo fore frequentiores, poft haec, fi regio ipfa talium febrium fit ferax, et fi aegrotantis natura atrae bili obnoxia fit, talisque ratio victus antecefferit, quae hujusmodi humorem congerat, et fi eo tempore quartanae febres populariter fiant. Haec autem cum illis quae deinceps dicentur obfignabis, fi homo lienofus fuerit, vel febres erraticas paffus fuerit, vel fi augmentum et ftatus maxime contraria fuerint tertianis febribus et fe-

θερμοῦ κινήσεις, καὶ κατὰ τὰς τῶν σφυγμῶν, καὶ ἐπὶ τούτοις ἅπασιν εἰ λεπτὰ καὶ λευκὰ καὶ ὑδατώδη τὰ οὖρα, παντάπασι γὰρ ταῦτά γε τοῖς τῶν τριταίων ἐναντιώτατα. τριταῖον μὲν δὴ τεταρταίου κατὰ τὴν πρώτην εὐθὺς ἡμέραν ὁ μὴ δυνάμενος διακρίνειν, οὐδ' ἰατρὸς ὅλως ἐστί.

Κεφ. ε'. Ἀμφημερινὸν δὲ τριταίου μὲν ἑτοιμότερον διορίζειν, οὔτε γὰρ μετὰ ῥίγους εἰσβάλλει κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν εὐθὺς, ἀλλὰ καὶ προϊόντος τοῦ χρόνου περίψυξις αὐτοῖς μᾶλλον, ἢ ῥίγος γίνεται, καὶ σαφὴς ἀταξία τε καὶ ἀνωμαλία συνεδρεύει τοῖς σφυγμοῖς, κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν παροξυσμῶν. ἴσμεν δὲ ὅτι κἀν ταῖς ἀναβάσεσι τὸ ταχὺ τῆς κινήσεως καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ σφοδρὸν, ὅπερ τοῖς τριταίοις ὑπῆρχε σαφέστατον, οὐχ ὑπάρχει τοῖς ἀμφημερινοῖς. οὐ μὴν οὐδὲ διακαίουσι τοὺς κάμνοντας, οὐδὲ γυμνοῦσθαί τε καὶ τὴν ἐσθῆτα ῥίπτειν ἀφ' ἑαυτῶν ἀναγκάζουσιν, οὐδὲ πολὺ καὶ πυκνὸν ἀναπνεῖν, οὐδ' ἐκφυσᾷν, οἷον φλόγα τινὰ, καὶ πιεῖν αἰτεῖν ψυχρὸν, ἀλλ' ἥκιστα πυρέττοντες οὗτοι διψώδεις εἰσί. καὶ οὖρον αὐτοῖς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν, οἷον τοῖς

cundum caloris motum et pulfuum et praeter haec omnia, fi tenues et albae et aquofae urinae fuerint; haec enim omnino tertianarum urinis diffimillimae funt. Tertianam quidem a quartana, qui primo ftatim die nescit diftinguere, neque omnino medicus eft.

Cap. V. Quotidianam autem a tertiana discernere facilius eft; neque enim primo ftatim die cum rigore invadit, fed et progreffu temporis perfrigeratio potius quam rigor ipfis advenit, neque ullus ordo aut aequalitas pulfibus affidet, quum primum acceffiones fiunt. Novimus autem, quod in augmentis motus velocitas, magnitudo, atque vehementia, quae omnia tertianis adfunt manifeftiffime, quotidianis non adfunt, fed neque deurunt laborantes, neque denudare corpora et pallia jactare cogunt; neque multum, aut frequenter refpirare, ac veluti flammam ex ore efflare, frigidumque potum erpetere, verum ifti, quum febricitant, minime fitiunt, urinaeque ipfis in primis diebus tales funt,

τεταρταίοις ἀρχομένοις, καὶ ἱδροῦσιν ἥκιστα περὶ τὰς πρώτας ἡμέρας. ἐπὶ μέν γε τῷ χρόνῳ προϊόντι καὶ τοῦτ᾽ αὐτοῖς προσγίνεται. τριταίου μὲν δὴ σαφῶς διενήνοχεν, ὡς ὅμοιον ἔχειν μηδέν. ἐγγυτέρω δ᾽ ἐστὶ τεταρταίου, διαφέρει γε μὴν καὶ τούτου σαφῶς. πρώτως μὲν καὶ μάλιστα τοῖς σφυγμοῖς οὓς ἐπὶ συνήθων ἀῤῥώστων ἀκριβῶς ἄν τις φωράσειεν. ἤδη δὲ καὶ τῷ ῥίγει καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς ἔξωθεν ἐφ᾽ οἷς γίνεται. καὶ φύσεως ὑγροτέρας δεῖται καὶ βίων ἀργοτέρων τε καὶ μετὰ πλησμονῶν. οὗτός γ᾽ οὖν καὶ παιδίοις μάλιστα πλεονάζει, καὶ σπάνιον εἰ μὴ καὶ στόμα τῆς γαστρὸς, ἢ καὶ τὸ ἧπαρ αὐτοῖς ἐπόνησεν. ἀτὰρ οὖν καὶ ἀπεψίαι προηγοῦνται πολλαὶ καὶ βραδυπεψίαι καὶ ὀξυρεγμίαι καὶ πυρέττειν ἀρχομένων, ὑποχόνδριον μὲν ἐν ὄγκῳ μείζονι τοῦ κατὰ φύσιν ἐξ ἅπαντος, ὡς τὰ πολλὰ δὲ καὶ διαπεφυσημένον τε καὶ περιτεταμένον, ὠχρόλευκός τε τούτοις ἡ χροιὰ, κἂν ὁ παροξυσμὸς ἀκμάσῃ. καὶ ὁ χειμὼν εὔφορος τοιούτων νοσημάτων. καὶ κατάστασις ὑγρὰ καὶ χωρίον τοιοῦτον. καὶ ἡ ἀρχὴ τῶν παροξυσμῶν εἰς

quales quartanis incipientibus adſunt, atque in primis diebus minime ſudant, ſed progrediente tempore hoc etiam illis advenit. A tertiana quidem adeo manifeſte differt, ut nihil cum ea ſimile habeat. Ad quartanam autem propius accedit, ſed et ab hac differt manifeſte, primum quidem et maxime pulſibus, quos in aegrotis familiaribus quispiam exacte deprehendat, ſed et rigore etiam, atque aliis extrinſecus omnibus, popter quae accidit, nam et natura eget humidiore, vitaque ociosa et cum repletionibus, ſic igitur et in pueris maxime exuperat, ac perrarum eſt, quin et os ventriculi, vel hepar in ipſis male afficiatur, ſed et cruditates antecedunt plurimae et tardae concoctiones et acidi ructus, et quum primum febrire incipiunt, praecordia ultra naturalem habitum ex toto intumescunt, magna vero ex parte inflantur ac diſtenduntur, color his cum pallore albus etiam quum acceſſio ad ſtatum venerit, taliumque morborum hybernum tempus ſerax eſt, et ſtatus temporis humidus et ejusdem naturae locus, et acceſſionum princi-

ἑσπέραν. οὕτω μὲν ἀμφημερινὸς καὶ τριταῖος καὶ τεταρταῖ ἀλλήλων διορίζονται κατὰ τὴν πρώτην ἡμέ(407)ραν.

Κεφ. στ΄. Τοὺς δὲ συνεχεῖς μὲν, ὁμογενεῖς δὲ το προειρημένοις πυρετοῖς, γεγυμνασμένος μέν τις οὐκ ἂν οὐ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν γνωρίζειν τε καὶ διακρίνειν ἀλλήλο ἀδυνατήσειεν. ἐπὶ δ᾽ οὖν τῆς δευτέρας, εἰ προσέχοι τὸν νοῦ κἂν ἀγύμναστος εἴη. καλῶ δὲ ὁμογενεῖς πυρετοὺς συνεχε ἑκάστῳ τῶν διαλειπόντων, τριταίῳ μὲν ἀκριβεῖ, τὸν ἀκρι καῦσον, ἀμφημερινῷ δὲ τὸν καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν παροξυνο μενον, εἰς ἀπυρεξίαν δὲ μὴ παυόμενον. οὕτω δὲ καὶ [415] τ ταρταίῳ, τὸν διὰ τετάρτης. ὅ τε γὰρ ἀκριβὴς καῦσος ἅπαντ τἄλλα φυλάττων ἀκριβῶς τριταίου γνωρίσματα, μόνῳ τῷ μ μετὰ ῥίγους εἰσβάλλειν μήτ᾽ εἰς ἀπυρεξίαν παύεσθαι διενήνο χεν. ὁ δὲ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν παροξυνόμενος, ὅταν κ ὥραν καὶ κατάστασιν καὶ ἡλικίαν καὶ χώραν καὶ φύσιν σώμα τος, καὶ τὴν προγεγενημένην δίαιταν, ἔτι τε τὴν τῶν σφυ μῶν ἰδέαν, καὶ τὴν θερμασίαν τὴν αὐτὴν ἔχει τοῖς ἀκριβέσ

pium fub vesperam invadit. Ita quidem quotidiana, te tiana et quartana primo die invicem discernuntur.

Cap. VI. At vero continuas quidem, fed quae ide genus cum praedictis habent, quispiam exercitatus nequ in primo die agnoscere ac inter fefe diftinguere impos eri fecundo vero, neque fi etiam fuerit imperitus, fi qu dem mentem adhibuerit. Dico autem febres continuas ide habere genus cum fingulis intermittentibus, cum tertian quidem exquifita exquifitam ardentem, cum quotidian vero eam, quae quolibet die facit acceffionem, fed nunquar definit ad infebricitationem; fic et cum quartana illam, qua quarto quoque die fimiliter. Nam exquifita febris arden quum omnia alia fervet exquifitae tertianae indicia, eo fol differt, quod neque cum rigore invadit, neque ad infebrici tationem definit. Quae vero quotidie acceffionem facit quando et anni tempus et aëris ftatum et aetatem et natu ram corporis et victus rationem antecedentem, ac praeterea pulfuum formam caloremque eundem habuerit cum exqui

ἀμφημερινοῖς, μὴ παύηται δὲ εἰς ἀπυρεξίαν, ὁμογενής ἐστιν αὐτοῖς. κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ὁ διὰ τετάρτης μὲν παροξυνόμενος, εἰς ἀπυρεξίαν δὲ μὴ παυόμενος, ὁμογενής ἐστι τεταρταίῳ. καὶ δῆλον, ὡς οὔτε ῥίγος αὐτῷ προηγήσεται τῶν παροξυσμῶν, οὔθ᾽ ἱδρὼς ἕψεται, καθάπερ οὐδὲ ἐν τῷ καύσῳ τούτων οὐδέτερον, οὔτ᾽ εὐθὺς κατ᾽ ἀρχὰς οὔτε ἐφεξῆς ἄχρι κρίσεως, οἷόν τε γενέσθαι. τούτους οὖν πρώτους ἀσκησάτω τις γνωρίζειν τε καὶ διακρίνειν ἀλλήλων τοὺς ἁπλοῦς τε καὶ ἀμίκτους ἑτερογενέσι πυρετοῖς, οὓς δι᾽ αὐτὸ τοῦτο, γνησίους τε καὶ ἀκριβεῖς, οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν ὀνομάζουσιν. ὁ γὰρ ἐπὶ μόνῃ τῇ ξανθῇ χολῇ πυρετὸς ἀναπτόμενος, ἄνευ σπλάγχνου κακώσεως, εἰ μὲν οὖν ἐν τοῖς ἀγγείοις ἔτι μενούσης τῆς χολῆς ἐξάπτοιτο, καῦσος ἀκριβής ἐστιν, εἰ δὲ πάντῃ φερομένης, τριταῖος. οὕτω δὲ εἰ καὶ μελαίνης χολῆς ἔγγονος ὁ πυρετὸς ὑπάρχει. κινουμένης μὲν τεταρταῖός ἐστιν, ἱδρασμένης δὲ διὰ τετάρτης. ὥσπερ εἰ καὶ φλέγματος, ἤτοι γε ἀμφημερινὸς ἢ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν παροξυνόμενος.

fitis quotidianis, non pervenerit autem ad infebricitationem, idem genus cum illis obtinet. Eodem modo et quae quarto quoque die acceffionem facit, ad infebricitationem autem non definit, ejusdem eft generis cum quartana et palam eft, quod neque rigor in ea acceffiones antecedat, neque fequetur fudor, ficuti etiam in febre ardenti horum neutrum, neque ftatim ob initio neque deinceps usque ad crifim, fieri poteft. In his igitur dignoscendis quispiam prius fe exerceat, atque invicem diftinguere ftudeat fimplices, atque impermixtas aliis, quae fint diverfi generis febres, quas ob hoc ipfum legitimas, atque exquifitas veteres medici nominarunt. Nam quae ob folam flavam bilem febris accenditur fine aliquo visceris affectu, fi quidem manente adhuc intra vafa bile accendatur, exquifita febris ardens eft, fi vero per totum corpus deferatur, tertiana. Sic et fi ab atra bile fit febris, quum movetur quartana eft, quum firmata eft, illa, quae quarto quoque die excrescit. Sicuti fi ex pituita ortum habeant, vel quotidianae funt, vel quae fingulis die-

Ed. Chart. VIII. [415.] Ed. Baf. III. (407

οἱ γὰρ εἰς ἀπυρεξίαν λήγοντες πυρετοὶ, τριταῖοί τε καὶ τε ταρταῖοι καὶ ἀμφημερινοὶ, τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἔχοντες τοῖ εἰρημένοις συνεχέσιν, ἑνὶ μόνῳ τῷ κατὰ τὰς φλέβας, ἢ πάντ φερομένους ἔχειν τοὺς χυμοὺς, διενηνόχασιν. ὅθεν καὶ τἄλλ μὲν αὐτοῖς τὰ αὐτά, τῷ δὲ μετὰ ῥίγους, ἢ μὴ σὺν ῥίγει, κα σὺν ἐμέτοις τισὶ καὶ ἱδρῶσι, ἢ ἄνευ τούτων γίνεσθαι διαφέ ρουσι. συνεχῆ μὲν δὴ πυρετὸν ὀνομάζω, τὸν εἰς ἀπυρεξίαι πρὶν τελέως λυθῆναι μὴ παυόμενον, κἂν παρακμή τις αἰσθητ φαίνηται. ὅταν δὲ μηδὲ παρακμή τις αἰσθητὴ γένηται, δι παντὸς δὲ ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρχῆς, ἄχρι κρίσεως ὅμοιος δια μένει, τοῦ γένους μέν ἐστιν, καὶ οὗτος τῶν καυσωδῶν πυρε τῶν, ὀξύτητι δ᾽ αὐτῶν διενήνοχεν. ἀλλ᾽ οὔτε κατὰ τὴν πρώ την ἡμέραν ἢ δευτέραν οἷόν τε προγνῶναι τὸν τοιοῦτον, οὔτ ἄλλως χρήσιμον, ἀρκεῖ γὰρ τὸ γένος γνωρίζειν, ὅτι χολώδη τε καὶ περικαὴς καὶ κατοξύς. οὐδὲ γὰρ εἰ σύνοχον ὀνομάζε τις αὐτὸν, ὥσπερ ἔνιοι τῶν ἰατρῶν, ὅλῳ τῷ γένει διοίσε τῶν καυσωδῶν πυρετῶν, ἕνεκά γε τῆς προσηγορίας. ὥσπερ

bus accenduntur. Nam quae ad infebricitationem desinunt febres tertianae, quartanae et quotidianae, eandem hypothesim cum continuis de quibus diximus habent, uno solo inter se differunt, quod per venas, vel per totum corpus in eis deferuntur humores; quare et reliqua ipsis comparia adsunt, quod vero cum rigore, vel non cum rigore et vomitibus quibusdam, vel sudoribus fiunt et sine his, differentiam habent. Continuam quidem nomino febrem, quae ad infebricitationem antequam ex toto solvatur non desinit, etsi declinatio aliqua sensibilis appareat. Quum vero neque declinatio aliqua sensibilis fiat, semper vero a primo principio febris usque ad crisim similis perseveraverit, erit et haec ex genere febrium ardentium, ab iisdem vero quod sit acutior differt. Sed neque in primo die, neque in secundo possibile est hujusmodi febrem praenoscere, neque alioqui est utile, sufficit enim genus agnoscere, quod scilicet biliosa sit, atque ardens et peracuta; neque enim si etiam synochum ipsam nominaveris, ut quidam medici faciunt, appellationis ratione a febribus ardentibus toto genere differt, sicuti neque ob id,

ὐδ᾽ ὅτι τρεῖς αὐτοῦ τύπου συνόχου διαφορὰς εἰδότες, ἴδιον
ρ᾽ ἑκάστης αὐτῶν ὄνομα φέρουσι· τοὺς μὲν ἐπακμαστι-
οὺς, τοὺς δὲ ὁμοτόνους, τοὺς δὲ ἀκμαστικοὺς, τοὺς δὲ πα-
ακμαστικοὺς ὀνομάζοντες ἤδη, διὰ τοῦτο κατὰ γένος αὐτοῖς
γητέον εἶναί τινα διαφοράν. ὅθεν οὐδ᾽ εἰς τὴν παροῦσαν
ραγματείαν ἡ διάγνωσις αὐτῶν, μέγα τι συντελεῖ. πάντες
ὰρ οὗτοι, κατὰ τὴν πρώτην ἑβδομάδα κρίνονται. τούτου
ὲ εἰς παρόντα χρεία, τοῦ λαβεῖν τινα τῆς ὅλης τοῦ νοσήμα-
ος καταστάσεώς τε καὶ κρίσεως, ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις
πίγνωσιν. εἰ μὲν γὰρ ἀκριβὴς τριταῖός ἐστιν, ἐντὸς τῶν ἑπτὰ
εριόδων· εἰ δ᾽ ἀκριβὴς καῦσος, ἐντὸς τῆς πρώτης ἑβδομά-
ος ἐξ ἀνάγκης κριθήσεται. χρονιοῦσι δὲ πάντως ὅ τ᾽ ἀμ-
ημερινὸς, καὶ ὁ παρακείμενος αὐτῷ συνεχής. ὥσπερ καὶ ὁ
εταρταῖός τε καὶ ὁ διὰ τετάρτης. ὥστε τρία μέν ἐστι τὰ
ύμπαντα γένη τῶν ἁπλῶν πυρετῶν, ἕκαστον δ᾽ αὐτῶν εἰς
ύο τὰς πρώτας τμηθήσεται διαφοράς· [416] ἢ γὰρ συνεχεῖς,
διαλείποντες ἔσονται. καὶ γνωρισθήσονται κατὰ τὴν πρώτην
μέραν. οἱ μὲν εὐθὺς εἰσβαλλόντων τῶν παροξυσμῶν, οἱ δ᾽

quod tres ſynochi differentias agnoscentes, proprium ſingu-
is ipſorum nomen impoſuerunt, has quidem increscentes,
llas vero in eodem vigore atque tenore perſeverantes,
lias decrescentes nominantes. Jam ex hac diverſitate ap-
pellationum differre ſecundum genus eſt exiſtimandum, quare
neque ad praeſentem tractatum eorum dignotio plurimum
conſert; hae enim omnes in prima ſeptimana judicantur.
Hic vero in praeſenti eſt neceſſarium aliquam totius morbi
conſtitutionis ac criſis in primis diebus aſſumere cognitio-
nem. Si enim tertiana pura fuerit, intra ſeptimum circuitnm, ſi
vero exquiſita febris ardens, intra primam ſeptimanam neceſſa-
rio judicabitur. Omnino autem diuturnae ſunt et quoti-
diana intermittens et illi adhaerens continua, ſicuti et quar-
tana et quae per quartum excrescit. Quare tria erunt uni-
verſa ſimplicium febrium genera; ſingula vero ipſorum in
duas primas differentias ſecabuntur, vel enim intermitten-
tes vel continuae febres erunt, et primo die dignoscentur,
aliae ſtatim in primo acceſſionum inſultu, aliae vero in in-

ἀναβαινόντων, οἱ δ᾽ ἀκμαζόντων, οἱ δ᾽ ἐν ταῖς πρώτα παρακμαῖς, ἢ τοῖς ἀπυρέτοις διαλείμμασι.

Κεφ. ζ΄. Συνθέτου μέντοι τοῦ νοσήματος ὑπάρχοι τος, οὐκέθ᾽ ὁμοίως εὐπετὴς ἡ διάγνωσις, ἀλλ᾽ ἐνταῦθα δ μάλιστα συνέσεώς τε καὶ γυμνασίας. σύνεσιν μὲν οὖν οἴκο θεν ἕκαστος ἐκ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἢ κεκτημένος ἢ μὴ κεκτη μένος ἀφίξεται. γυμνασίας δὲ τῆς νῦν εἰρησομένης, οὐκ ἂ ἐξεύροι βελτίονα. χρὴ γὰρ δή που γνωρίζειν αὐτὸν ἀσκῆσα ῥᾳδίως ἁπλοῦν εἶδος πυρετοῦ, κἄπειθ᾽ οὕτως μεταβαίνειν ἐπ τὰ σύνθετα. διχῶς δ᾽ ἂν γίνοιτο σύνθετον εἶδος πυρετοῦ κατ τήν γε πρώτην τομὴν ἢ τῷ τοὺς εἰρημένους ἀλλήλοις μίγνυ σθαι, χωρὶς τόπου πεπονθότος, ἢ τῷ μόριόν τι φλεγμαῖνο ἀνάπτειν αὐτούς. ἑκάτερα δὲ τῶν εἰρημένων διαφορῶν, ἑτέ ραν αὖθις ἐγχωρεῖ τομὴν ἐπιδέξεσθαι. οἵ τε γὰρ ἄνευ μορίο πεπονθότος συνιστάμενοι, διχῶς μίγνυνται, ποτὲ μὲν ἐπι πλεκόμενοι, ποτὲ δὲ ὡς ἂν εἴποι τις, δι᾽ ὅλου κεραννύμενοι οὕτω τοι καὶ τὰ φλεγμαίνοντα μέρη, καὶ γὰρ καὶ τούτων τ

cremento, quaedam in vigore, quaedam in primis declinationibus, vel febre vacantibus intermiffionibus.

Cap. VII. Quod fi morbus compofitus fuerit, non aeque facile dignoscetur: at hic maxime intelligentia atque exercitatio eft neceffaria. Intelligentiam igitur propriam fuapte natura poffidens, vel minime poffidens, quispiam accedet, exercitationem autem ea quae nunc dicetur meliorem nemo reperiet. Oportet enim ad haec exercitari, ut fimplicem febris fpeciem agnoscat, atque ita deinceps ad compofitas transgredi. Dupliciter vero genus febris compofitum conftituitur, in prima quidem fectione, vel quia eae, quas diximus febres citra alicujus partis affectum commiscentur, vel quia ex partis cujuspiam inflammatione accenduntur. Nam in utraque harum differentiarum alteram rurfus fectionem fieri contingit. Nam quae citra partis affectum confiftunt dupliciter commiscentur, aliquando implicatae, nonnunquam vero, ut quis dixerit, per fe totas confufae; fic partes quoque inflammatae; nam et ex ipfis quaedam quidem veluti complicantur tantummodo, quae-

μὲν οἷον ἐπιπλέκεται μόνον, τὰ δὲ οἷον κρᾶσίν τινα τῶν διαθέσεων ἴσχει. τὴν οὖν ἐπιπλοκὴν ἀσκῆσαι χρὴ πρῶτον γνωρίζειν. εἶθ᾽ οὕτως τὴν κρᾶσιν ἀρξαμένους ἀπὸ τῶν πυρετῶν. ἐπιπλέκονται δ᾽ οἱ πυρετοὶ πολλάκις μὲν ὁμογενεῖς ὁμογενέσι, ἢ ὁμοειδεῖς ὁμοειδέσιν, ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ διαφέροντες. ἀμφημερινοί τε γὰρ τριταίοις καὶ τούτοις τεταρταῖοι καὶ ἀλλήλων οἱ ὁμοιοειδεῖς ἐπιπλέκονται πολλάκις. ὥστε καὶ τρεῖς ἐνίοτε τεταρταίας περιόδους ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ἴσχει. τούτους μὲν οὖν γνωρίζειν οὐ πάνυ χαλεπόν. ἐνίοτε δὲ τῶν διαλειπόντων τις ἐπιπλέκεται τῷ συνεχεῖ, χαλεπωτάτην τε καὶ δυσθήρατον μίξιν, ὑπὲρ ἧς ἐφεξῆς ἐροῦμεν, ἂν πρότερον ἁπάσας ἐπέλθωμεν ἃς ἐξεθέμεθα διαφοράς. ὁμοίως γὰρ τοῖς πυρετοῖς οἱ πεπονθότες τόποι τὴν μίξιν ἴσχουσιν, ἢ διαφερόντων μορίων, ἴδιον ἑκατέρου πυρετὸν ἐξάπτοντος, οἷον σπληνὸς, εἰ τύχῃ καὶ ἥπατος, ἢ διαθέσεως μικτῆς, οἷον φλεγμονῆς ἐρυσιπελατώδους, ἢ ἐρυσιπέλατος φλεγμονώδους. ἀλλὰ καὶ ταύτας ἁπάσας τὰς μίξεις ἀσκῆσαι χρὴ διαγινώσκειν, ἐπειδὰν

dam vero veluti confufionem quandam habent affectionum. Primum igitur exercitari oportet ad hoc, ut complicationem cognoscamus, deinde ipfam confufionem a febribus incipientes. Febres quaedam complicantur unius generis cum aliis ejusdem generis, vel unius fpeciei cum aliis ejusdem fpeciei; contingit vero nonnunquam ut etiam differentes. Nam quotidianae tertianis et his quartanae et quae eandem fpeciem fervant, invicem plerumque complicantur, quo fit ut idem homo tres habeat quartanos circuitus, fed hos quidem non eft admodum difficile agnoscere. Quandoque vero aliqua ex intermittentium genere cum continua difficillimam vixque explorabilem facit mixtionem, de qua deinceps dicemus, fi prius omnes quas propofuimus fimplices differentias expofuerimus. Nam ficuti febres, ita et affecti loci mixtionem recipiunt, vel quia differentes partes propriam fingulae febrem accendunt, ut exempli gratia lien et jecur, vel quia affectio mixta, veluti inflammatio cum eryfipelate, aut eryfipelas cum inflammatione miscetur. Sed in his omnibus mixtionibus dignoscendis exercitari oportet,

ἀκριβῶς τὰς ἁπλῶς αὐτῶν ἰδέας γνωρίζωμεν. ἑτέρα γὰρ ἰδέ περιπνευμονικοῦ καὶ φρενιτικοῦ καὶ πλευριτικοῦ καὶ ἡπατικο πυρετοῦ, κατὰ ταῦτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστου τῶν ἐπὶ μο ρίοις τισὶ φλεγμαίνουσι ἀναπτομένων πυρετῶν. ἕτεραι δ' α πάλιν ἰδέαι τῶν ἐπὶ τοῖς ἐρυσιπέλασι. καὶ ὅ γε κακοήθη καῦσος, ἢ τοῖς τοῦ πνεύμονος, ἢ τοῖς τοῦ ἥπατος, ἢ τοῖ τῆς γαστρὸς ἐρυσιπέλασιν ἐπιγίνεται. διαιρεῖσθαι δὲ χρὴ καὶ ἕκαστον ἄῤῥωστον. πρῶτον μὲν εἰ χωρὶς τόπου πεπονθότο ὁ πυρετὸς ἐπὶ χυμοῖς διασαπεῖσιν, ἢ μόνῳ τῷ πνεύματι τρα πέντι. δεύτερον δὲ εἰ μόριόν τι πεπονθὸς αἴτιον ὑπάρχει. κα τίς ἡ διάθεσις αὐτοῦ. ἐπειδὰν δὲ ταῦτα διαγινώσκειν ἀσκή σῃς, τὰς μίξεις ἁπασῶν αὐτῶν εὑρήσεις.

Κεφ. η'. [417] Ἆρ' οὖν ἀξιώσεις με νῦν, περί τ τῶν πεπονθότων τόπων, ἢ περὶ τῆς τῶν πυρετῶν ἁπάση συμπλοκῆς διεξέρχεσθαι; καὶ (408) μὴν αὐτὸς αὖ πάλιν ἐγκα λέσεις τῷ μήκει τῆς πραγματείας. θαυμαστὸν γὰρ δὴ καὶ τοῦ το πεπόνθασιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ὀλίγα τε μανθάνει ἀξιοῦντες ἅμα, καὶ μηδὲν παραλείπεσθαι. τά γ' οὖν Ἀρχιγένου

quando jam exquifite omnes earum formas fimplices tenuerimus. Alia enim eft forma febris phreniticae et peripneumonicae et pleuriticae et hepaticae, itidem et aliarum omnium febrium, quae ex inflammatis quibusdam partibus accenduntur. Sed et aliae rurfus formae funt earum, quae ex eryfipelatibus accidunt. Et febris ardens maligna vel pulmonis, vel hepatis, aut ventriculi eryfipelatibus fupervenit. Diftinguere autem oportet in fingulis aegrotantibus, primum quidem, fi fine loci affectu fit febris, vel ex humorum putredine, vel quia folus fpiritus fit alteratus, deinde fi membrum affectum febris fit caufa et quaenam fit ejus affectio. Ubi vero horum notitiam exercitatione comprehenderis, tunc eorum omnium mixtionem invenies.

Cap. VIII. Nunquid igitur a me nunc exiges, ut vel de locis affectis, vel de omni febrium complicatione recenfeam? at ipfe rurfus operis damnabis prolixitatem; hoc enim mirandum plurimi hominum patiuntur, ut pauca discere expetant et nihil praetermittere. Decem igitur Archigenis

εϱὶ τῆς τῶν πυϱετῶν σημειώσεων δέκα βιβλία μακϱὰ φάσκον-
ες εἶναι, μόνην ἀναγινώσκειν ἐπιχειϱοῦσι τὴν ἐπιτομὴν, οὐδὲ
αὐτὴν ἅπαντες, ἀλλ' εἰσὶν οἳ καὶ ταύτης ἔτι βϱαχύτεϱόν τι
ητοῦσι. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ μέμφονται, διότι βιβλίον ὅλον ἔγϱαψε
εϱὶ τῆς ἐννοίας τοῦ πυϱετοῦ. καὶ τούτῳ μὲν ἐντυχεῖν οὐχ
πομένουσιν, οὐδὲ πεισθῆναί τε καὶ μαθεῖν ὅσον Ἐϱασίστϱα-
ος ἐσφάλη πεϱὶ τῆς ἐννοίας τοῦ πυϱετοῦ, κελεύσαντες δέ τι
εϱὶ τῶν πυϱετῶν αὐτοῖς ῥηθῆναι, τὴν πϱώτην εὐθὺς οὐ
υγχωϱοῦσι διαφοϱάν, ὡς οἳ μὲν ἐπὶ τόποις πεπονθόσι, οἳ
ὲ ἄνευ τούτων συνίστανται. ταὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ πεϱὶ κϱί-
εων πεπόνθασι, ἐγκαλοῦντες μὲν ἐπὶ τοῖς παϱαλελειμμένοις,
εμφόμενοι δὲ τῷ μήκει τῶν εἰϱημένων, καίτοι τοῦ μήκους ᾧ
ιέμφονται, διττοῦ τὴν φύσιν ὑπάϱχοντος, ὡς ἐγὼ νῦν διαι-
ήσομαι. καὶ ταῦτ' ἄμφω ψέγουσι καὶ μᾶλλον αὐτῶν ἔτι
ὴν βϱαχυλογίαν, ταύτην μὲν ὡς ἤτοι παϱαλείπουσάν τινα
ῶν ἀναγκαίων, ἢ πάντως γε μὴ σαφῶς ἐκδιδάσκουσαν. τοῦ
ὲ μήκους, τοῦ μὲν ἅπαντα ἐκδιδάσκοντος τὰ χϱήσιμα, μετὰ
οῦ διαβάλλειν τὰ ψευδῶς τισιν ὑπειλημμένα, λῆϱον εἶναί

le febrium fignificatione volumina quum dicunt effe longa,
folum legere compendium inftituunt, neque hoc ipfum om-
nes, fed funt qui et eo aliquid brevius poftulent, funt
qui et illum damnent, quoniam librum integrum de febris
notione confcripferit, adque ideo hunc nolunt attingere, ne-
que quicquam audire aut discere, quantum Erafiftratus in
febris notione aberraverit. Quum vero exigunt fibi ali-
quid de febribus enarrari, primam ftatim differentiam non
admittunt, quod videlicet quaedam ex locorum afpectu,
quaedam autem fine illo confiftant. Idem autem circa cri-
fes patiuntur, fi quid praetermiffum fuerit, reprehendentes,
verborum tamen damnantes prolixitatem, quamvis haec
quam accufant duplex fit, veluti hoc loco diftinguam, qua-
rum utramque quum ipfi vituperent, magis tamen fermonum
carpunt brevitatem, hanc quidem, ut quae aliquid ex iis
quae funt neceffaria praetermittat, vel faltem obscuram
tradat doctrinam, prolixitatem vero, quae omnia enume-
rat opportuna, atque una falfas aliorum opiniones refellit,

Ed. Chart. VIII. [417.] Ed. Baf. III. (40

φασι μακρόν. καὶ τοὺς αὐτὰ μόνα τὰ χρήσιμα ἐκδιδάσκοντ ἐπαινοῦσι. τοῖς δ' αὖ πάλιν ἐκεῖνα μόνα λέγουσιν ἀντιπρο τείνουσι τὰ τῶν ἑτεροδόξων, καὶ μέμφονται τῆς προπετεία εἰ χωρὶς ἀποδείξεως ἀξιοῦσι ἁπλῶς ἀποφηνάμενον πιστεύεσθα οὐκ ἀνέχονται δὲ οὐδὲ τῶν αὐτὰ τὰ χρήσιμα πλατύτερον ἐ διδασκόντων. ὥστ' οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ κἂν τοῖς περὶ κρίσεω λόγοις ὁμοίως ἐγκαλέσουσι, τὴν μὲν βραχυλογίαν ψέγοντε ὡς ἀσαφῆ τε ἅμα καὶ πολλὰ παραλείπουσαν, ἀκούειν πλειόνων οὐχ ὑπομένοντες, ἔτι τε προσεγκαλοῦντες ἃ μικρὸ πρόσθεν εἴρηται. καὶ γὰρ δὴ καὶ περὶ τόπων πεπονθότω Ἀρχιγένει γέγραπται βιβλία τρία, πάντων τῶν ἔμπροσθεν ε τὴν αὐτὴν πραγματείαν γεγραμμένων ἄριστα. ταῦτ' οὖν ἅπαν τα εἰ μεταφέρειν εἰς τόνδε τὸν λόγον ἐπιχειρήσαιμι, καὶ τού τοις ἔτι προσθεῖναι τὰ ὑφ' ἡμῶν εὑρημένα, μέμψονται τ μήκει τῆς πραγματείας. καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν πυ ρετῶν διαφορᾶς, εἰ πάντα κατὰ τόνδε τὸν λόγον ἐπεξίοιμ πολὺ δὴ μᾶλλον ἔτι μηκύνειν αὐτοῖς δόξω. τὸ μὲν οὖν δύ νασθαι διαφυγεῖν ἐπήρειαν γράμμα μηδὲν οὕτως ἦν παλαιὸ

longas esse nugas autumant, eosque qui solum utilia docent collaudant, rursusque adversus eos, qui haec tantum di cunt, objiciunt contrarias aliorum opiniones, temeritatem que reprehendunt, si sine demonstratione simpliciter profe rentibus sibi fidem velint adhiberi, neque vero etiam illos tolerant, qui in docendis utilibus sermonem extendunt Quare neque mirandum, si eos, qui de crisibus sermones habent, eodem modo accusabunt, brevitatem quidem vitu perando, ut quae obscure doceat et multa praetermittat, neque plura audire sustinendo, atque insuper quae paulo ante dixi, reprehendendo. Nam et de locis affectis Archigenes tres libros conscripsit, optime quidem omnium, qui circa eandem ma teriam ante fuere versati; haec igitur si in praesentem tra ctatum transferre tentarem, atque his praeterea addere, quae a nobis inventa sunt, prolixitatem operis accusabunt, et si etiam de febrium differentiis omnia hoc loco transigerem, multo etiam magis viderer ipsis esse prolixus. Quod igitur nullus scribendi modus mordacitatem possit effugere, tam est anti-

στε καὶ Πλάτων αὐτοῦ μέμνηται. τὸ δ' οὕτω τούτων ἐχόντων ἐκλέγεσθαι μέσον εἶδος λόγων, ἄριστον εἶναί μοι φαίνεται. τί δὲ τὸ μέσον ἐστὶν, οὗπερ ἐγὼ νῦν ἔχεσθαί μοι δοκῶ. ικνὺς μὲν ἃ χρὴ γινώσκειν ἐξ ἀνάγκης τὸν μέλλοντα καλῶς ρογνώσεσθαι λύσιν νοσήματος, ὁποία τέ τις ἔσοιτο καὶ καθ' ντινα χρόνον. οὐχ ἅπαντα δ' αὐτὰ νῦν ἐπεξερχόμενος, ἀλλ' σα ἀσαφῶς εἴρηται τοῖς ἔμπροσθεν ἐξηγούμενος. ὅσα δὲ αραλέλειπται, προστιθείς. τὸ δ' ἤτοι τὰ καλῶς θ' ἅμα αὶ σαφῶς εἰρημένα μεταγράφειν, ἢ τοῖς ψευδῶς εἰρημένοις ἀντιλέγειν, ὡς εἰς μακρολογίαν ἀπάγον, ἐφυλαξάμην. [418] ἐπεὶ τοίνυν ἀποδέδεικται μὲν ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τῶν ἱπποκράτους ἀφορισμῶν ἡμῶν ἐξηγουμένων, ὡς καὶ ἐξ αὐῆς τοῦ νοσήματος τῆς φύσεως, οὐ σμικρὰν πρόγνωσιν ἔνεστιν λαβεῖν εἰς τὰ μέλλοντα, θαυμαστὸν εἶναι δοκεῖ τοῖς πολοῖς, εἰ καὶ κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν εἴσεταί τις τῆς νόσου ὴν ἰδέαν, ἐπειράθημεν ἐπιδεῖξαι θαυμαστὸν μὲν ἴσως ὑπάρον, οὐ μὴν καὶ ἀδύνατόν γε. καὶ τὴν ὁδὸν, ᾗ χρὴ τοῦτο

uum, quod etiam Plato hujus rei meminit. His autem ita e habentibus, mediam fermonis formam eligere optimum mihi vifum eft. Quid autem eft medium? quod ego nunc mihi videor attingere, omnia illa demonftrans, quae oporet eum de neceffitate cognoscere, qui recte praevifurus it morbi folutionem, qualis et quo tempore futura fit, non omnia quidem hoc loco tranfigens, fed ea enarrans, uae a fuperioribus obfcure funt tradita, quae vero praeermiffa haec addens, quaecunque autem manifefte ac recte unt a veteribus fcripta, tranfcribere, aut iis, quae funt ab isdem male dicta, contradicere, ut longum opus evitare valeam, fuperfedi. Poftquam igitur dum in primo libro phorismorum Hippocratis exponeremus, ibi oftendimus, quod ex ipfius morbi natura non parvam liceat occafionem ccipere ad futura praenoscenda, mirum vero multis videaur, fi in primo die quispiam morbi fpeciem agnoverit, quod nos demonftrare tentavimus difficile quidem forte effe, non amen impoffibile, viamque qua hoc facere oportet, expo-

ποιεῖν ἐδιδάξαμεν· ἐνταῦθα ἐπισχεῖν ἔδοξέ μοι τὸ μῆκος τοῦ λόγου, καὶ γυμνάσασθαι κελεῦσαι τὸν ἀκριβῶς ἐκμαθεῖν τὰ τοιαῦτα προῃρημένον ἐν τοῖς Ἀρχιγένους ὑπομνήμασι περί τε τόπων πεπονθότων, καὶ μέντοι καὶ περὶ πυρετῶν σημειώσεως, ἔτι τε πρὸς τούτοις περὶ τύπων. ἴσως μὲν γὰρ καὶ ἡμεῖς εἰς τοὺς αὐτούς ποτε τύπους γράψομεν, ἵνα τά τε προσεξευρημένα διέλθωμεν, ἀφέλωμέν τέ τινα τῶν ὑπ' Ἀρχιγένους οὐκ ὀρθῶς εἰρημένων, ἅπαντά τε σαφῶς ἑρμηνεύσωμεν. ἀλλ' ἔν γε τῷ παρόντι δι' ἐκείνων ἀσκεῖσθαι προσήκει.

Κεφ. θ'. Πάλιν οὖν ἀναλαβόντες ὅσον ἐστὶν οἰκεῖον τῆσδε τῆς πραγματείας, ἐπέλθωμεν. οἰκεῖον δ' ἐστὶν, ὁδὸν τῆς ἀσκήσεως δοῦναι περὶ τῶν συνθέτων νοσημάτων τοιαύτην οἵαν ὀλίγον ἔμπροσθεν ὑπὲρ τῶν ἁπλῶν ἐποιησάμεθα. τοὺς μὲν γὰρ ἀκριβεῖς πυρετοὺς, εἴτε διαλείποντες εἶεν εἴτε συνεχεῖς, εὐθὺς κατ' ἀρχὰς ἔνεστι γνωρίζειν. ὅσοι δ' ἐπιμιξίαις ἑτέρων ποικίλλονται καὶ νοθεύονται, χαλεπὸν μὲν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν, οὐ μὴν ἀδύνατόν γε διαγινώσκειν ἐστὶ,

fuimus, hic mihi a fermonis prolixitate abftinere vifum fuit, atque eos, qui vellent haec exquifite cognoscere, in Archigenis commentariis de locis affectis exercitari jubere, atque infuper in commentariis de febrium fignificatione et typis. Nam et forte nos in eosdem typos tractatus edemus, ut ea quae a veteribus inventa funt tranfigamus, ac quaedam, quae non recte fcripta funt ab Archigene, fubtrahamus, omniaque dilucide aperiamus. At in praefenti in illis oportet exercitari.

Cap. IX. Rurfus igitur, quantum hujus intereft operis, repetentes tranfigamus. Intereft autem viam tradere exercitationis de compofitis morbis, qualem nuper de fimplicibus fecimus. Exquifitas enim febres, five intermittentes fint, five continuae, ftatim per initia noscere datur, quae vero ex mixtione aliarum variantur, atque adulterantur, difficile quidem eft in die primo, non tamen impoffibile agnoscere, plurimas

τοὺς πλείστους μέντοι κατὰ τὴν δευτέραν, ἢ τρίτην, ἢ πάντως γε τὴν τετάρτην ἀκριβῶς ἐξευρεῖν ἐγχωρεῖ. οὐδὲν γάρ ἐστιν οὔτε γένος οὔτ᾽ εἶδος νοσήματος, ὃ μὴ περὶ τὴν τρίτην ἡμέραν, ἢ τὴν τετάρτην ἐναργῶς ἔσται δῆλον ἧς τινος ἔχεται φύσεως. εἰσβαλέτω γάρ τις πυρετὸς φρικώδης τε ἅμα καὶ παντοίως ἀνώμαλος ἔν τε τοῖς σφυγμοῖς καὶ τῇ καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα θερμασίᾳ, ὡς πολλάκις ἐγγὺς ἀκμῆς εἶναι νομιζόμενος, ἢ καὶ τὰ μέσα τῆς ἀναβάσεως ἐπέχειν. αὖθις δ᾽ ἐπιγίνεσθαι φρικώδης καὶ τοὺς σφυγμοὺς μικροτέρους τε καὶ ἀμυδροτέρους καὶ βραδυτέρους καὶ ἀραιοτέρους ἔχειν. καὶ τὴν θερμασίαν ἀποχωροῦσαν μὲν τῶν ἄκρων, πλεονάζουσαν δὲ κατὰ τὴν γαστέρα τε καὶ τὸν θώρακα, τοῦτον οὐκ ἄν τις ἀλόγως ἐλπίσειεν ἡμιτριταῖον ἔσεσθαι. μᾶλλον δ᾽ ὑπάρχειν μὲν ἤδη, γνωρισθήσεται δὲ τοῖς πολλοῖς ἐπὶ τῆς τρίτης ἡμέρας. ἀλλ᾽ οὗτος μὲν μικτός ἐστιν ἔκ τε τοῦ χολώδους καὶ τοῦ φλεγματώδους πυρετῶν, τῶν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἰρημένων, οὐκ ἐπιπλεκομένων ἀλλήλοις, ἀλλὰ διόλου κεραννυμένων. ὁ δ᾽ ἐξ ἐπιπλοκῆς αὐτῶν τετραχῶς γίνεται, ἢ τριταίου

quidem in fecundo, vel tertio, vel omnino quarto die exquifite poffumus invenire. Nulla enim eft neque fpecies, neque genus morbi, quod circa tertiam, vel omnino quartam diem, cujus naturae fit, non evidenter innotescat. Invadat igitur febris aliqua horrida fimul atque omnino inaequalis in pulfibus, atque in eo qui per totum corpus fentitur calore, ut faepe propius ftatus effe exiftimetur, vel medium augmenti obtinere, rurfus vero horrida fiat et pulfus minores et obscuriores ac tardiores et rariores habeat et calorem quidem ab extremis partibus recedentem, circa vero ventrem atque thoracem redundantem, hanc non absque ratione quispiam femitertianam fore fperet, vel potius jam effe, a multis vero in tertio die noscetur. Sed haec quidem mixta eft ex biliofa et pituitofa febre, de quibus antea fermo habebatur, non jam invicem complicatis, fed per fe totas confufis. Quae autem ex complicatione fit, quadrupliciter confiftit, vel tertiana quotidianae com-

καὶ ἀμφημερινοῦ μιχθέντων, ἢ τοῦ καθ' ἡμέραν παροξύνοντος συνεχοῦς τῷ διὰ τρίτης, ἢ τριταίου τῷ καθ' ἑκάστην ἡμέραν παροξυνομένῳ συνεχεῖ, ἢ ἀμφημερινοῦ τῷ διὰ τρίτης συνεχεῖ. τούτων οὐδεμία τῶν μίξεων ἀκριβῶς ἐπὶ τῆς πρώτης ἡμέρας διαγινώσκεται. τῆς μέντοι δευτέρας ἐπιστάσης οὐδὲν ἔτι χαλεπὸν γνωρίσαι. πολὺ δὲ μᾶλλον ἔτι κατὰ τὴν τρίτην, καὶ σπάνιον εἴποτε τῆς τετάρτης δεήσει. γιγνέσθω γὰρ, εἰ οὕτως ἔτυχεν, ἐν μὲν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν ὁ παροξυσμὸς σὺν ῥίγει· κἄπειτα θερμός τε καὶ περικαὴς ὁ πυρετὸς ἐξαφθεὶς ἀσώδης τε καὶ διψώδης ἔστω, καὶ ταχέως ἐπὶ τὴν ἀκμὴν ἀφικέσθω τοὺς σφυγμοὺς ὁμαλούς τε ἔχων καὶ μεγάλους καὶ σφοδροὺς καὶ πυκνοὺς καὶ ταχεῖς. ἔστω δ' ὁμοίως τοῖς σφυγμοῖς καὶ τὰ τῆς θερμασίας ὁμαλὰ παντοίως. [419] εἶτα σὺν ἐμέτῳ καὶ ἱδρῶτι πανέσθω, καί τις αὐτὸν ἀπυρεξία διαδεχέσθω· πρόδηλον ὡς τριταίας οἰκεῖός ἐστιν ὁ τοιοῦτος παροξυσμὸς περιόδου. γινέσθω δὲ κατὰ τὴν δευτέραν ἡμέραν ὁ τῆς ἀμφημερινῆς, οὐ γὰρ ἀναγκαῖον ὑπὲρ τῶν αὐτῶν λέγειν μυριάκις, ἐνταῦθα χρὴ προσέχειν τὸν νοῦν ταῖς ὥραις τῶν

mixta, vel ea quae quotidie acceffionem habet continua illi quae per tertium continua eft, vel tertiana ei quae fingulis diebus acceffionem facit continuae, vel quotidiana ei quae per tertium diem continua eft. Nec ulla ex his mixtionibus in primo die exquifite cognoscitur, fecundo vero inftanti die agnoscere facile eft, ac multo magis tertio, raroque eft ut quarta dies ad id fit neceffaria. Fiat enim, fi ita contigerit, in primo die acceffio una cum rigore, deinde calida atque ardens febris accendatur, ftomachi faftidium afferens ac fitibunda, atque ad ftatum celeriter properet, pulfus aequales habens, magnos atque veloces, vehementesque atque frequentes, fit autem una cum pulfibus et calor aequalis omnino, deinde cum vomitu et fudore finiatur et quaedam infebricitatio fuccedat, jam manifeftum eft hujusmodi acceffionem effe tertianae periodi propriam. Fiat autem et in fequenti die quotidianae acceffio, neque enim de eisdem millies dicere eft neceffarium, hic mentem adhi-

Ed. Chart. VIII. [419.] Ed. Baf. III. (408. 409.)

παροξυσμῶν, ἵνα προγνῷς τι περὶ τῆς τρίτης ἡμέρας. εἰ μὲν γὰρ ὁ τῆς τριταίας, εἰ τύχοι, πυρετὸς περὶ τὴν πρώτην ὥραν μέλλει γίνεσθαι, περὶ δὲ τὴν ἑνδεκάτην ὁ τῆς ἀμφημερινῆς, οὕτω μὲν ἑκατέρων ἔσονται σαφεῖς αἱ ἀρχαὶ, καὶ μᾶλλον εἰ ἐπὶ πλέον ἔτι διεστήκοιεν ἀλλή(409)λων. εἰ δ᾽ ἀμφότεροι περὶ τὴν αὐτὴν ὥραν εἰσβάλλοιεν, ἐπίμικτον ἔσται πάντως τὸ εἶδος τοῦ παροξυσμοῦ, καὶ τῷ δυναμένῳ συνορᾷν οἷον κέρασμά τι φαίνεται γινόμενον ἀμφημερινῆς τε καὶ τριταίης περιόδου. διακρίνει δ᾽ αὐτοὺς ἐναργῶς ἡ τετάρτη τῶν ἡμερῶν, ὄντας ἤδη τῷ τεχνίτῃ κἀπὶ τῆς δευτέρας γνωρίμους. ἔτι δὲ δυσφωρότερα γίνεται ἡ τῶν διαλειπόντων μίξις τοῖς συνεχέσιν, ὥστε καὶ πολλοῖς ὅλως ἀδύνατος ἔδοξεν ὑπάρχειν. ἅμα τε γὰρ εἰς ἀπυρεξίαν παύεσθαι τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον καὶ μηδ᾽ ὅλως ἀπύρετον γίγνεσθαι συμβαίνει ἐκ τῆς τοιαύτης μίξεως, ὅπερ εἶναι πάντων ἀδυνατώτερον. ἀλλ᾽ εἴ τις κἀνταῦθα δύναται διαγινώσκειν ἀκριβῶς ἑκατέρου τῶν πυρετῶν τὴν φύσιν, εἴσεται σαφῶς ὡς οὐδὲ ἡ τοιαύτη μίξις ἀδύνατος. ἔναγχος οὖν τι γύναιον ἐν μὲν ταῖς ἀρτίαις φρικώδη

bere oportet ad horas accessionem, ut aliquid de die tertio praenoscas. Nam si tertianae febris accessio circa primam horam fieri debeat, circa undecimam autem quotidianae, sic quidem manifesta erunt utriusque principia, et magis, si longiori intervallo disjungantur. Si vero utraque eadem hora invaserit, erit omnino mixta accessionis forma, et ei qui diligentius inspicere potuerit, quaedam apparet facta confusio quotidiani et tertiani circuitus, distinguit autem eos manifeste quartus dies, quum tamen ab artifice etiam in secundo cognosci possint. Adhuc autem perceptione difficilior est intermittentium cum continuis mixtio, ut pluribus omnino impossibilis videatur, simul enim et febrem intermitti, atque haud sine febre hominem esse, ex tali accidit commixtione, quo nihil minus possibile esse videtur, sed siquis hic exquisite possit cognoscere utriusque febris naturam, manifeste comprehendet quod neque hujuscemodi mixtio est impossibilis. Nuper igitur quaedam muliercula in paribus

παροξυσμὸν εἶχεν ἀκριβῶς ἡμιτριταϊκὸν, ἐν δὲ ταῖς περιτταῖς ἕωθεν μέν τινα τοῦ προγεγονότος πολύ τι μικρότερον, ὡς ἐπιπαροξύνεσθαι δοκεῖν τῇ ἑτέρᾳ τῶν ἡμερῶν τὸν ἡμιτριταϊκὸν, ὅπερ δὴ καὶ συνήθως γίνεται ἐν αὐτῷ. περὶ δὲ τὴν ὀγδόην ὥραν τῆς ἡμέρας ἕτερος εἰσέβαλλε μετὰ ῥίγους σφοδροῦ παροξυσμὸς, ἀκριβῶς ἅπαντα τριταίου πυρετοῦ φέρων τὰ γνωρίσματα. θραυόμενος δ᾽ οὗτος ὥρας που νυκτὸς τρίτης, ἱδρῶτί τε καὶ χολῆς ἐμέτῳ, παρέτεινεν εἰς τὴν τῆς ἀρτίου δευτέραν ὥραν. ἤδη δὲ αὐτὸν ἐγγὺς ἀπυρεξίας ἥκοντα, διεδέχετο πάλιν ὁ φρικώδης τε καὶ ἀνώμαλος ἐκεῖνος παροξυσμὸς, ὃν ἐν ταῖς ἀρτίαις ἔφαμεν γίνεσθαι. κἄπειτα δι᾽ ὅλην τὴν ἡμέραν κακοήθως ὑποστενόμενός τε καὶ αὖθις ἐπιτιθέμενος, μόλις που τὴν ἀκμὴν ἀπελάμβανεν ἡλίου δύνοντος. ἤρχετο δὲ παρακμάζειν ὥρας που τετάρτης τῆς νυκτὸς, εἶθ᾽ ἕωθεν πάλιν ἐπὶ δαψιλεῖ λειψάνῳ παραύξησις οὐ λίαν ἀνώμαλος ἕως τῆς ὀγδόης ὥρας ἐπετείνετο, κἄπειτα δοκοῦντα σαφῶς ἀκμάζειν ἤδη τὸν πυρετὸν τοῦτον ἕτερος ἐξεδέχετο παροξυσμὸς ἀκριβῶς τριταϊκός. τοῦτον ἡμεῖς τὸν πυρετὸν εὐθὺς μὲν κἀν τῇ

diebus horridam acceffionem habebat, femitertianae exquifitae propriam, in imparibus vero mane alteram quandam, ea quae praecefferat longe minorem, ut altero die femitertianae febris acceffio fuper acceffionem advenire videretur, quod in tali febre fieri confuevit, circa octavam vero horam diei altera invadebat acceffio cum rigore vehementi, omnia tertianae febris indicia exquifite afferens; jam vero haec confracta fudoribus ac bilis vomitibus hora tertia noctis, mox extendebatur ad diei paris horam fecundam, et quum jam ad infebricitationem accederet, rurfus horrida atque inaequalis illa acceffio fuccedebat, quam in paribus diebus fieri diximus; deinde per totam diem maligne compreffa ac deinceps adaucta, vix occidente fole ad ftatum perveniebat, ac declinare incipiebat hora quarta noctis, deinde mane rurfus fuper abundantes reliquias additum augmentum non valde inaequale usque ad octavam horam intendebatur, et quum jam manifefte ftatum obtinere febris videretur, jam febrem hanc febris exquifite tertianae acceffio altera fuscipiebat. Hanc nos febrem ftatim die fecunda ex complica-

δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν ἐξ ἐπιπλοκῆς ἡμιτριταίου τε καὶ τριταίου διέγνωμεν γεγονέναι. πολὺ δ' ἔτι πιστοτέραν ἡ τρίτη τὴν διάγνωσιν παρέσχεν, ἠλπίσαμέν τε τὴν μὲν ἑτέραν περίοδον τὴν τοῦ τριταίου παύεσθαι ταχέως, τὴν δὲ ἑτέραν μηκύνειν, καὶ οὕτως ἀπέβη, καὶ τότε σαφῶς ὤφθη κατὰ τὸ ὑπόλοιπον μέρος τῆς νόσου μόνος ἡμιτριταῖος ὢν, ἀρχὴν μὲν τῆς ὅλης περιόδου τὴν ἀρτίαν ἡμέραν ποιούμενος, ἐπιπαροξυνόμενος δὲ τῇ περιττῇ. τὰς μὲν δὴ τοιαύτας μίξεις οὐ τοῦ τυχόντος γνωρίζειν. εἰ δέ τις πυρετὸς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν ἀκριβῶς ὀφθεὶς τριταῖος, εἶτ' ἐν τῇ δευτέρᾳ πάλιν ἕτερον ὅμοιον ἀκριβῶς τῷ πρόσθεν ἐποιήσατο παροξυσμὸν, εὐφορώτατος ὁ τοιοῦτός ἐστιν, διπλοῦς ὑπάρχων τριταῖος. οὕτω δὲ καὶ δύο καὶ τρεῖς ἐπιπλέκονται ἀλλήλοις τεταρταῖοι τὰ πολλὰ, οὓς ἡ τῶν παροξυσμῶν ἰδέα διακρίνει τῶν ἀμφημερινῶν. οὐ γὰρ τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν παροξύνεσθαι γνώρισμα βέβαιον ἀμφημερινῶν, ἀλλ' ἡ τοῦ πυρετοῦ τε καὶ ἡ τῶν συμπτωμάτων ἰδέα διακρίνει τὸν ἀμφημερινόν. [420] χρὴ τοίνυν ἐν ἅπαντι πράγματι τεχνωθῆναι πρῶτον, ὥσπερ τις

tione ſermitertianae febris atque tertianae factam agnovimus, longe vero certiorem tertius dies praebuit cognitionem. Atque in ſpem venimus, alterum circuitum, qui erat tertianae febris, cito finem habiturum, alterum in longius tempus debere protendi, quod etiam contigit. Et tunc aperte viſum eſt in reliqua parte morbi ſolam ſupereſſe ſemitertianam, quae principium quidem totius circuitus in pari die faciebat, in die vero impari ſuperaccendebatur. Tales quidem mixtiones non eſt uniuscujusque dignoscere. Si qua vero febris in primo die exquiſite tertiana deprehenſa, deinde die ſequenti ſimilem priori omnino fecerit acceſſionem, haec longe tolerabilior eſt, duplex exiſtens tertiana. Sic autem et duae et tres quartanae ſaepius invicem complicantur, quas acceſſionum forma a quotidianis diſtinguit, neque enim quod ſingulis diebus acceſſio fiat, hoc ſufficiens ſignum eſt ad febres quotidianas indicandas, ſed febris ipſius et accidentium forma. Oportet igitur in unaquaque re primum artificem fieri, quemadmo-

ὠνόμαζε τῶν ἡμετέρων διδασκάλων, εἶθ' οὕτως ἐπιχειρεῖν τοῖς ἔργοις. τὸ τεχνωθῆναι δ' ἐστὶ τὸ γνῶναι τῆς ὑποβεβλημένης τῇ τέχνῃ συμπάσης ὕλης πρῶτον μὲν καὶ μάλιστα τὰς ἁπλᾶς δυνάμεις, εἶθ' ἑξῆς τὰς μίξεις αὐτῶν, ὁπόσαι τέ τινές εἰσι καὶ ὁποῖαι. καὶ γὰρ δὴ καὶ περὶ φαρμάκων συνθέσεώς τε καὶ χρήσεως ἡ αὐτὴ μέθοδος, ὡς ἐν τοῖς περὶ αὐτῶν ὑπομνήμασιν ἐπιδέδεικται. διττῆς δὲ ὕλης οὔσης τοῖς ἰατροῖς, ἑτέρας μὲν ἐφ' ᾗ, ἢ ἐν ᾗ γίνεται τὸ τέλος, ὅπερ ἐστὶν αὐτὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα, δευτέρας δὲ τῆς τῶν βοηθημάτων, ὑφ' ὧν, ἢ δι' ὧν γίνεται τὸ τέλος, ἡ μὲν περὶ τῶν φαρμάκων πραγματεία τῆς δευτέρας ὕλης ἐστὶν, ἡ δὲ νῦν ἐνεστῶσα τῆς πρώτης. χρὴ γὰρ νῦν ἐκμαθεῖν ἐν τοῖς περὶ πυρετῶν λόγοις ὡς τρία τὰ σύμπαντά ἐστι γένη τῶν ἐπὶ χυμοῖς σηπομένοις ἀναπτομένων πυρετῶν. ἔνιοι μὲν γὰρ ἐπὶ τῇ ξανθῇ χολῇ καὶ πλεῖστοί γ' ἐπὶ τῷ φλέγματι συνίστανται. λόγος δ' οὗτος οὐ σμικρός ἐστιν, ὅ τι ποτὲ πασχόντων τῶν εἰρημένων χυμῶν ἀνάπτεται πυρετός. οὐ γὰρ δὴ κατὰ τὴν φύσιν

dum nominabat quidam ex noftris praeceptoribus, deinde fic ipfa aggredi opera. Artificem autem fieri eft quidem primum et maxime totius fubjectae materiae, fimplices vires agnoscere, mox ipfarum etiam mixtiones quot et quales fint; nam de medicamentorum compofitione atque ufu eadem eft doctrinae via, quemadmodum in commentariis ipfis fcriptis oftendimus. Quum autem duplex materia medicis adfit, altera a qua vel in qua finis, quae eft ipfa hominum corpora, fecunda vero auxiliorum a quibus, vel ex quibus fit finis, ea quidem quae eft de medicamentis tractatio, ad fecundam materiam attinet, at quae nunc inftat, ad primam. Nunc enim discere oportet in iis qui de febribus fermones habentur quod tria funt omnia quae ex humorum putredine febrium accenduntur genera, quaedam enim ex flava bile, haeque plurimae funt; quaedam ex pituita confiftunt. Hic vero fermo haud parvi momenti eft, quidnam patientibus dictis humoribus febris accendatur, neque enim fecundum naturam fe habentibus. Sed in hoc fermone etiam illud

ἐχόντων, ἀλλ' ἐν τούτῳ γε τῷ λόγῳ καὶ ὡς οὐδέν ἐστι θαυμαστὸν ἐκ ψυχρῶν φύσιν χυμῶν διασαπέντων ἐξαφθῆναι πυρετὸν ἐπιδέδεικται, καὶ ὡς ἡ πᾶσα ποικιλία τῶν ἄλλων πυρετῶν ἐκ τῆς τούτων γίνεται μίξεως. ἀλλὰ καὶ οἱ ἐφήμεροι πυρετοὶ καλούμενοι, καὶ πρὸς τούτοις οἱ ἑκτικοὶ προσαγορευόμενοι ἕτερα δύο γένη εἰσὶ, τῶν ὀξέων ὀνομαζομένων πυρετῶν ἀποκεχωρισμένα, καὶ ὡς ὀξὺς πυρετὸς, ἤτοι σηπομένου τῶν εἰρημένων τινὸς χυμῶν, ἢ μορίου φλεγμαίνοντος γίνεται, καὶ ὡς τοῦ φλεγμαίνειν ἀκουστέον ἐστὶν οὐ κατὰ τὴν παλαιὰν συνήθειαν. ἅπαντα δὲ τὰ τοιαῦτα θαυμαστὰ τοῖς πολλοῖς εἶναι δοκεῖ, καθάπερ οὖν καὶ τὸ μικρῷ πρόσθεν ῥηθὲν, εἰ δύναταί ποτε μιχθῆναι διαλείπων συνεχεῖ, οὐδὲν δ' ἧττον τούτου καὶ τὸ μηδεμιᾶς ἀπυρεξίας γινομένης περὶ τὸν κάμνοντα, μεμίχθαι μόνους τοὺς διαλείποντας πυρετούς. ἀλλὰ καὶ τοῦτ' ἐπεδείξαμεν ἐναργῶς οὐ τριταίοις μόνον, ἢ ἀμφημερινοῖς, ἀλλὰ καὶ τεταρταίοις συμπίπτειν· ἐπειδὰν γὰρ ἐπιπλακῶσιν ἀλλήλοις πλείους, εἴτ' οὖν ὁμογενεῖς, εἴτε καὶ μὴ, φθάνει πολλάκις ὁ δεύτερος ἄρχεσθαι, πρὶν εἰς ἀπυρεξίαν

oftenfum eft, quod non fit admiratione dignum, fi ex frigidis natura humoribus putrescentibus febris accenditur, et quod omnis aliarum febrium varietas ex horum fit commixtione, fed et quae ephemerae et hecticae febres dicuntur, alia duo genera funt ab iis quae acutae febres nominantur feparata, et quod febris acuta, vel aliquo dictorum humorum putrescente, vel parte inflammationem patiente generatur, et quod inflammationis vocabulum non fecundum antiquam confuetudinem fit audiendum. Haec vero omnia multis digna admiratione videntur, quemadmodum et id quod paulo ante dicebamus, fi queat unquam intermittens cum continua commisceri, fed nihilo minus hoc, fi nulla infebricitatione aegrotanti adveniente, folum intermittentes misceantur. At et hoc manifefte oftendimus, non tertianis tantum vel quotidianis intermittentibus, fed etiam quartanis accidere; quum enim plures invicem complicantur, five ejusdem generis fint five diverfi, fecunda faepenumero an-

Ed. Chart. VIII. [420.] Ed. Baf. III. (409.)

ἀκριβῆ παύσασθαι τὸν πρῶτον· εἶτ᾽ αὖθις τὸν δεύτερον· τρίτος ὡσαύτως διαδέχεται, πρὶν καὶ τοῦτον εἰς ἀπυρεξίαν ἀφικέσθαι. μάλιστα δὲ συμβαίνει τοῦτ᾽ ἐν τοῖς μακροτέροις παροξυσμοῖς. ἐν γὰρ τοῖς ἐντὸς τοῦ πρώτου διαστήματος παυομένοις, οὕτω δ᾽ ὀνομάζουσι τὸν τῶν δώδεκα ὡρῶν χρόνον, ἢ παμπόλλας ἐπιπλακῆναι χρὴ περιόδους, ἢ τὸν ἐκ τῶν διαλειπόντων συντεθειμένον ἀδύνατον εἰς συνέχειαν ἀφικέσθαι. παμπόλλους δὲ τῶν οὕτως ἐπιπλεκομένων πυρετῶν οἱ μὴ γεγυμνασμένοι περὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἰατρῶν, εἰ μὲν ὀξύτεροι φαίνοιντο, πάντας ἡμιτριταίους ὀνομάζουσιν, εἰ δὲ βραδύτεροι κινοῖντο, πλάνητας. ἐπειδὴ γὰρ ἅπαξ ἐξουσίαν ἔλαβον ἔν τε τοῖς ἡμιτριταίοις ὑποστολὰς πολλὰς γίνεσθαι νομίζειν ἔν τε τοῖς πλάνησιν ἀτάκτους ἀρχὰς, ἅπαντας οὕτω τοὺς πυρετοὺς, ἐφ᾽ ὧν οὐχ εὑρίσκουσι τὴν σύνθεσιν, ἡμιτριταίους, ἢ πλάνητας ὀνομάζουσι, καίτοι γε πολλάκις σαφεστάτην ἔχουσι τὴν ἀναλογίαν. ὥσπερ ὁ νεανίσκος ὁ περὶ τὰ τέλη τοῦ φθινοπώρου τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν ὥρας που πέμ-

ticipat advenire, antequam prima in exquifitam infebricitationem defierit; deinde rurfus fecundae tertia eodem modo fuccedit, antequam et haec ad infebricitationem perveniat. Hoc vero maxime accidit in longioribus acceffionibus, nam in iis quae intra primum interftitium definunt, ita autem vocant duodecim horarum fpatium, vel multos neceffe eft complicari circuitus, vel eam quae ex intermittentibus componitur, febrem, impoffibile eft ad continuitatem pervenire. Multas vero earum quae ita complicantur febrium medici, qui circa talia non funt exercitati, fi quidem acutiores videantur, omnes vocant femitertianas; fi vero tardius moveantur, erraticas. Quum enim femel poteftatem acceperint putandi in femitertianis fuppreffiones multas fieri et in erraticis inordinata principia, omnes fic febres in quibus non inveniunt compofitionem, femitertianas, vel erraticas appellant, quum tamen faepius manifeftiffimam habeant proportionis fimilitudinem. Sicuti adolescens, qui circa autumni finem, quum in prima die circa quintam horam

Κεφ. ζ. Ἀλλ' ἡμῖν γε καὶ τίνα χρὴ διορίζεσθαι πρὸ τῆς πείρας εἴρηται, καὶ οὐ χρὴ σπεύδειν ἀποφήνασθαι περὶ κρισίμων ἡμερῶν οὐδὲν, ἄχρις ἂν ἐπὶ πολλῶν ἀῤῥώστων ἔτεσι πολλοῖς ἀκριβῶς τις παρα[485]φυλάξῃ· τά τε γὰρ ἄλλα καὶ τῶν ἐπετείων καταστάσεων αἱ διαφοραὶ πάμπολλαί τινες ὑπάρχουσιν. ἐν γοῦν ὅλῳ θέρει ποτὲ πλέον ἢ τετρακοσίους ἀνθρώπους ὀξέως νοσήσαντας ἐθεασάμην ἅπαντας ἢ ἑβδομαίους, ἢ ἐνναταίους κριθέντας. ἐν ἑτέρῳ δ' αὖθις ἔτει τοὺς μὲν τεσσαρεσκαιδεκαταίους, τοὺς δ' εἰκοσταίους, τοὺς πλείστους δ' ἐξ ὑποστροφῶν. ἐν ἄλλῳ δὲ πεμπταίους μὲν αἱμοῤῥαγήσαντας παμπόλλους, τελέως δ' ἑβδομαίους, ἢ ἐνναταίους κριθέντας. οἶδα δὲ καὶ φθινοπώρῳ ποτὲ πάντας ἑνδεκαταίους κριθέντας. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἀγαθὴν τὴν κρίσιν ἤνεγκεν, ἕτερον δὲ φθινόπωρον ἑκταίους ἔκρινεν ἅπαντας οὐκ ἀγαθῶς. διὸ καὶ μᾶλλον ἐπῄει μοι θαυμάζειν τοὺς ὅλως οὐδεμίαν ἐν ταῖς ἡμέραις ἡγουμένους εἶναι διαφορὰν, ἀλλ' ὁμοτίμους ἁπάσας ὑπάρχειν. ὅλαι γὰρ καταστάσεις πολλάκις ἢ

Cap. VII. Porro nobis quae diftinguenda veniant ante experimenta, dictum eft, item de diebus decretoriis ferre judicium non properandum effe, donec in multis aegris annis compluribus accurate quis obfervaverit; nam praeter alia etiam annalium conftitutionum permultae quaedam differentiae funt. Ergo in tota aeftate interim plures quam quadringentos homines acute aegrotantes univerfos vel feptimo, vel nono die crifim habuiffe confpexi, in alio rurfus anno quosdam decimoquarto, quosdam vigefimo, plurimos poft morbi reverfionem, in alio permultos fanguinis fluorem quinto habuiffe, perfecte feptimo, vel nono die judicatos effe. Vidi etiam in autumno aliquando omnes undecimo judicatos, fed hic quidem autumnus bonam crifim attulit, in alio autem omnibus fexto die non bonum judicium accidit. Quapropter etiam magis fubit mihi mirari eos qui plane nullum in diebus discrimen, verum ejusdem omnes dignitatis effe arbitrantur. Toti fi quidem ftatus frequenter, vel aeftivorum, vel autumnalium morborum

θερινῶν, ἢ μετοπωρινῶν νοσημάτων ἓν εἶδος ἔχουσι κρίσεω[ν] ὡς κἀν ταῖς ὑφ' Ἱπποκράτους γεγραμμέναις ἐστὶ δῆλον, ἐ[ν] αἷς εἴ τις μὴ παντάπασίν ἐστι ῥάθυμος, ἄλλοτε μὲν ἄλλη[ν] τῶν κρισίμων ἡμερῶν ὄψεται πλεονάζουσαν, οὐ μὴν ὀγδόη[ν] τε καὶ ιβ' ἢ ἑκκαιδεκάτην, ἤ τινα τῶν τοιούτων. ἐοίκασιν οὖ[ν] εἰς ἄμφω τὰ συνεστῶτα τὴν ὅλην ἰατρικὴν οἱ σοφισταὶ παρα-νομεῖν, τὴν πεῖράν τε καὶ τὸν λόγον. οὔτε γὰρ ἐν οἷς τῆ[ς] πείρας ἐστὶ χρεία, ταύτην ἀναμένουσιν, ἀλλ' ὡς ἂν ἑκάστῳ παραστῇ, ληροῦσιν, οὔτε τῶν ἐναργῶς φαινομένων ἐξευ-ρίσκουσι τὰς αἰτίας. διὰ τοῦτο τοίνυν ὁ μέν τις αὐτῶν οὔτ[ε] κρίσιμον ἡμέραν οὔθ' ὅλως κρίσιν ὑπάρχειν φησὶν, ὁ δὲ κρί-σιν μὲν εἶναί τινα, οὐ μὴν καὶ κρισίμους ἡμέρας, ὥσπερ δέοι λόγῳ μᾶλλον, ἀλλ' οὐ πείρᾳ τὰς κρισίμους ἡμέρας καὶ τὰς κρίσεις ἐξευρίσκειν, ἢ φαυλοτέρων ὄντων τῶν ὅσοι διὰ τῆς πείρας ἄμφω μεμαθηκέναι φασίν. ἡμῖν μὲν τοίνυν ὅσοι μεθ' Ἡρόφιλόν τε καὶ Ξενοφῶντα καὶ Ἀσκληπιάδην ἐγενόμεθα τάχ' ἂν εἴη τις εἰς τοὺς ἄνδρας ἐκείνους ἢ φθόνος, ἢ φιλονει-

unam judiciorum speciem obtinent, quemadmodum in his quos Hippocrates conscripsit manifestum est. In quibus, si quis non omnino segnis est, interdum sane alium decretoriorum dierum saepius judicantem videbit quam alium, non tamen octavum, duodecimum, aut decimumsextum, aut hujus notae aliquem. Apparent igitur sophistae in utrisque, quae universam medicinam constituerant, errare, experientia nempe et ratione. Neque enim in quibus experientiae usus est ipsam expectant, sed ut cuique in mentem venerit, nugantur; neque evidenter apparentium causas inveniunt. Hujus rei gratia alius ex eis nec decretorium diem nec omnino judicium esse confirmat, alius judicium quidem esse quoddam, non tamen etiam dies decretorios concedit, tanquam ratione magis quam experientia decretorios dies et judicia invenire conveniat, vel quasi pejores existant illi qui per experientiam utraque se didicisse consitentur. Nobis sane qui post Herophilum, Xenophontem et Asclepiadem nati sumus, forsan in viros illos vel invidia, vel conten-

ία· τῷ πρώτως δ' ἀκριβῶς αὐτὰς ἐξευρόντι διὰ τῆς πείρας, ῃς τὰ τῶν ἐπιδημιῶν ἐνδείκνυται γράμματα, πόθεν ἂν ἐπῆλθε ὸ προγνῶναί τινας ἔσεσθαι ἐξ ὑστέρου τοιούτους σοφιστάς; ὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς καθ' Ἱπποκράτην χρόνοις ἦσάν πώ τινες μοιοι τούτοις, ἀλλ' ἕκαστος ἐκείνων ἐξευρεῖν τι καὶ συντελεῖν ἰς τὴν τέχνην ἔσπευδεν, οὐ λυμαίνεσθαι τοῖς ὀρθῶς εὑρημέοις. καὶ μὴν καὶ τοὺς ἐμπειρικοὺς ὀνομαζομένους ἰατροὺς ἔστι μὲν ἰδεῖν ὥσπερ τινὰς κοινοὺς ἐχθροὺς τῶν δογματιζόντων ἁπάντων ἐπιτηροῦντας ὃ καταμέμφονται, μὴ μέντοι μήτε κρισίμους ἡμέρας μήτε κρίσεις ἀναιροῦντας, ἀλλ' ὡς ἂν καὶ ἄλλο τι τῶν ἐναργεστάτων καὶ ταῦτα ἄμφω τιθέντας. ἅλις ἤδη μοι σοφιστῶν ληρούντων.

Κεφ. η'. Ἀλλ' ἐπὶ τὰ συνεχῆ τῶν εἰρημένων αὖθις ἐπάνειμι, πρότερόν γε κεφαλαιώσας εἰς ἓν ἅπαντα τὰ προειρημένα. κρίσιμος μὲν γὰρ ἰσχυροτάτη πασῶν ἡ ζ. προδηλοῖ δ' αὐτὴν ἡ τετάρτη δύο ταῦτ' ἔχουσα, τό τε κρίσιμος εἶναι μικροτέρα καὶ τὸ τῆς ἑβδόμης ἐπίδηλος. ἐφεξῆς δ' ἑνδεκάτη

tio quaedam effe poffit. Sed quaefo undenam in mentem venit ei, qui primo accurate ipfos per experientiam invenerit, quemadmodum epidemiorum libri teftantur, ut praecognofceret fophiftas tales quosdam in pofterum futuros, quum nondum ulli his fimiles Hippocratis temporibus extiterint, verum finguli pro viribus artem juvare invenireque aliquid, non depravare recte inventa ftuderent? Quinetiam medicos, qui ab experientia empirici nominantur, videre licet tanquam communes quosdam omnium dogmaticorum hoftes, inquirentes quod mentiantur, non tamen aut decretorios dies, aut judicia tollentes, fed veluti et aliud quippiam maxime evidens, haec quoque ambo ftatuentes. Satis mihi jam eft de fophiftis nugantibns.

Cap. VIII. Quin magis ad dictorum cohaerentiam denuo revertor, prius univerfis quae praediximus in fummam unam redactis. Decretorius itaque fortiffimus omnium eft dies feptimus, praenunciat eum dies quartus haec duo habens, ut decretorius minor fit et feptimi index. Deinde undeci-

τε καὶ ιδ', τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν τε καὶ φύσιν ἀποσώζουσαι πρὸς ἀλλήλας ἥνπερ ἡ δ' πρὸς τὴν ζ', κἄπειθ' ἑξῆς πολλάκις μὲν ἡ ιζ' πρὸς τὴν κ', ὀλιγάκις δὲ ἡ ιη' πρὸς τὴν κα' [486] τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον ὅνπερ ἡ τετάρτη πρὸς τὴν ἑβδόμην καὶ ἡ ια' πρὸς τὴν ιδ'. αὗται μὲν οὖν, ὡς Ἱπποκράτης ἔλεγε, διὰ τεσσάρων εἰς τὴν κ' ἐκ προσθέσιος ἀφικνέονται, παρεμπίπτουσι δ' αὐταῖς ἐννάτη καὶ πέμπτη καὶ τρίτη, πλείστους μὲν ἡ θ' κρίνουσα, δευτέραν δὲ ἔχουσα δύναμιν ἡ ε', καὶ μετὰ ταύτην ἡ γ'. περὶ δὲ τῆς στ' εἴρηταί μοι καὶ πρόσθεν ὡς κακὴ κρίσιμός ἐστιν. ἡ μέντοι τρισκαιδεκάτη πασῶν μὲν τῶν κρινουσῶν ἀσθενεστάτη, πασῶν δὲ τῶν μὴ κρινουσῶν ἰσχυροτάτη, καθάπερ ἐν μεθορίῳ τινὶ τεταγμένη τῆς ἑκατέρων δυνάμεως. ἀγωνιστικώταται μὲν οὖν κρίσεις, ὡς καὶ πρόσθεν εἶπον, αἱ μέχρι τῆς ιδ' ἡμέρας, ἧττον δὲ αὐτῶν αἱ μέχρι τῆς κ'. ἐντεῦθεν δ' ἄχρι τῆς μ' ἔτι δὴ καὶ μᾶλλον ἐκλύεται τὸ σφοδρὸν, ἀπ' ἐκείνης δὲ (441) τελέως ἔκλυτος γίνεται.

Κεφ. θ'. Ἡ δ' ἀναλογία τῶν κρινουσῶν ἡμερῶν ἄχρι

mus et xiv eandem proportionem et naturam invicem conſervant quam cum ſeptimo quartus. Deinde frequentes quidem decimusſeptimus ad vigeſimum, raro autem decimusoctavus ad vigeſimumprimum eandem rationem habet quam cum ſeptimo quartus et undecimus cum decimoquarto. Hi ergo, ut Hippocrates dixit, per quatuor aucti ad viginti perveniunt. Coincidunt eis nonus, quintus et tertius. Plurimos quidem nonus judicat, ſecundam vim obtinet quintus et poſt hunc tertius. De ſexto prius diximus ut malo decretorio. Decimustertius certe omnium decretoriorum imbecillimus, omnium vero qui non decernunt fortiſſimus, tanquam in medio quodam utrorumque virtutis ſitus. Cum vehementiſſima itaque pugna ſunt criſes, ſicut etiam antea diximus, quae usque ad decimumquartum diem veniunt, cum minori quae ad vigeſimum usque pertingunt, inde usque ad quadrageſimum adhuc etiam magis earum vehementia exolvitur, ab illo autem die perfecte exoluta redditur.

Cap. IX. Proportio autem dierum decretoriorum

παντὸς διαφυλάττεται. καθάπερ γὰρ ἡ ιδ′ καὶ πέρας ἐστὶ τῆς δευτέρας ἑβδομάδος καὶ ἀρχὴ τῆς γ′, οὕτω καὶ ἡ λδ′ πέρας θ᾽ ἅμα τῆς πέμπτης ἐστὶ καὶ ἀρχὴ τῆς στ′, ὥστε ἀεὶ τὰς τρεῖς ἑβδομάδας εἴκοσιν ἡμέραις περιγράφεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο τὴν ξ′, ὡς καὶ πρόσθεν ἔφαμεν, οὐ τὴν ξγ′ γενέσθαι κρίσιμον· ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν π′ τε καὶ ρκ′. ὡς γὰρ τὸ τῶν κρίσεων ἀγωνιστικὸν ἐκλύεσθαι κατὰ βραχὺ τοῦ χρόνου προϊόντος, οὕτω καὶ τὰς ἀσθενεῖς κρισίμους ἀμαυροῦσθαι καὶ τελέως συμπίπτειν· μόνας δ᾽ ἄχρι παντὸς διαρκεῖν ὅσαι περιγράφουσι τελείαν περίοδον ἀριθμῶν κρισίμων. ἔοικε δ᾽, ὅσα γε διὰ τῆς πείρας ἔνεστι μαθεῖν, πρώτη περίοδος τελεία ἡ τῶν εἴκοσιν ἡμερῶν ὑπάρχειν. εἰ μὲν γὰρ ἀεὶ κατὰ διάζευξιν ὁ τῆς ζ′ ἀριθμὸς προὐχώρει, καθάπερ ἐπὶ τῶν πρώτων ἔχει δυοῖν, ἦν ἂν οὕτω γε καὶ αὕτη ἡ ζ′ τελεία πρώτη περίοδος. ἐπεὶ δ᾽ ἡ μὲν δευτέρα τῆς πρώτης διέζευκται, συνῆπται δ᾽ ἡ τρίτη τῇ β′, δῆλον ὡς οὐκ ἔτι φυλάττεται μετὰ τὴν ιδ′ ἡμέραν ἡ ἐξ ἀρχῆς ἀναλογία. μετὰ μέντοι τὴν κ′ ἡ αὐτὴ τῶν περιόδων τάξις ἄχρι παντὸς

perpetuo ſervatur. Ut enim decimusquartus et ſecundae ſeptimanae finis eſt et tertiae principium, ita trigeſimusquartus quintae terminus eſt ſimul et ſextae initium. Quare tres ſeptimanae viginti diebus ſemper deſcribuntur, ideoque ſexageſimus, uti prius declaratum eſt, non ſexageſimustertius decretorius fiet. Pari modo octogeſimus et centeſimus vigeſimus. Ut enim judiciorum vehementia paulatim procedente tempore exolvitur, ita et imbecilles decretorios obſcurari plane accidit, ſolos autem ſemper perſiſtere qui perfectum decretoriorum numerorum circuitum deſcribunt. Videtur autem, ut per experientiam licet condiſcere, circuitus perſectus eſſe qui viginti diebus conſtat. Si etenim ſemper per conjugationem ſeptimi numerus procederet, ut in primis duobus habet, eſſet hac quoque ratione hic ſeptimus perſectus primus circuitus. Quoniam vero ſecundus a primo disjunctus eſt et tertius ſecundo cohaeret, liquet proportionem quae ab initio ſtatuebatur, non adhuc poſt decimumquartum diem conſervari, attamen poſt vigeſimum diem idem circuituum ordo perpetuo conſiſtit. Reſpondebit ergo

διαμένει, τῆς μὲν λδ΄ ἀνάλογον τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ γενομένης ἐκ δυοῖν ἑβδομάδων διεζευγμένων, τῆς δ᾽ αὖ τεσσαρακοστῆς ἀνάλογον τῇ κ΄ τὴν τρίτην ἑβδομάδα τὴν συνημμένην πληρούσης. τοῦτ᾽ οὖν αὐτὸ διδάσκων ἡμᾶς Ἱπποκράτης ἐν τῷ προγνωστικῷ μετὰ τὸ περὶ τῆς εἰκοστῆς ἡμέρας διελθεῖν ἐφεξῆς ἐρεῖ· μετὰ δὲ ταύτας ἐν τῷ αὐτέῳ τρόπῳ καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν κόσμον ἡ πρώτη διὰ τεσσάρων καὶ τριάκονθ᾽ ἡμερῶν. πρώτην γὰρ εἶπε μετὰ τὴν εἰκοστὴν ἡμέραν εἶναι τὴν λδ΄ ὡς περίοδον, οὐχ ὡς ἡμέραν κρίσιμον, ἐπεὶ καὶ κδ΄ καὶ κζ΄ καὶ τὴν λα΄ μετὰ τὴν εἰκοστήν ἐστι κρίσιμος. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ περί τε τῶν μικροτέρων περιόδων, αἳ δὴ τετράδες εἰσὶν, αὐτάρκως ἐδίδαξεν καὶ περὶ τῶν ἑβδομάδων αὐτῶν ἱκανῶς διεξῆλθεν, εὐθὺς ἐβουλήθη ἑξῆς τὰς ὑπολοίπους δύο περιόδους ἐπιδιδάξαι, τήν τε ἐκ τῶν δύο ἑβδομάδων συγκειμένην καὶ τὴν ἐκ τῶν τριῶν, ἀλλὰ τὴν μὲν ἐκ τῶν δύο οἷον ἡμιτελῆ τινα, τὴν δ᾽ ἐκ τῶν τριῶν ἀκριβῶς τελείαν. εἴ γε δὴ καὶ τὴν τεσσαρακοστὴν καὶ τὴν ξ΄ καὶ τὴν π΄ καὶ τὴν ρκ΄ ἐκ τῆς εἰκοστῆς πολλαπλασιαζομένης γίνεσθαι συμβέβηκε. τοῦτο οὖν αὐτὸ καὶ οὐκ ἄλλο

trigeſimusquartus decimoquarto, quippe qui ex duabus ſeptimanis disjunctis fiat, et quadrageſimus vigeſimo, ut qui tertiam hebdomadem conjunctam expleat. Quare hoc ipſum Hippocrates nos docens in prognoſtico, ubi de vigeſimo die verba fecerit, deinceps inquit: Poſt *hos eadem ratione eademque additione primus ad quatuor et triginta dies pervenit.* Primum enim dixit trigeſimumquartum poſt vigeſimum, ut circuitum, non ut diem decretorium, quoniam et vigeſimusquartus et vigeſimusſeptimus et trigeſimusprimus poſt vigeſimum eſt decretorius. Sed quoniam de minoribus periodis, ſunt autem quaternarii, abunde ſatis docuit, ad haec ſeptimanas ipſas expoſuit, reliquos ſtatim duos circuitus voluit ſimul doctrinae cauſa adjicere, nempe et ex duabus ſeptimanis compoſitum et illum qui tribus conſtat, verum qui duas continet, velut imperfectum quendam, qui tres, exacte perfectum. Siquidem jam quadrageſimum, ſexageſimum, octogeſimum, centeſimum vigeſimum ex vigeſimo ſaepius aucto fieri contingit. Hoc igitur ipſum et non aliud

γνώρισμα τελείας ἐστὶ περιόδου, ἤτοι συντεθειμένης ἀεὶ καὶ πολυπλασιαζομένης αὐτῆς ἐφ' ἑαυτὴν, ἄλλης μηκέτι δεῖσθαι περιόδου. [487] καὶ μὴν οὐδεμιᾷ τῶν πρὸ τῆς εἰκοστῆς ὑπάρχει τοῦτο. ἥ τε γὰρ ζ' εἴπερ ἑαυτὴν ἐπολυπλασίαζε διὰ παντὸς, εἴς τε τὴν εἰκοστὴν πρώτην ἂν ἐξέπιπτε καὶ τὴν κη' καὶ τὴν λε' καὶ τὴν μβ', ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη τήν τε κη' ὡσαύτως ἂν ἐποίει καὶ τὴν μβ'. ἀλλὰ καὶ ἡ τετρὰς, καὶ ἥδε, εἰ τὴν σύνθεσιν αὐτῆς πρὸς ἑαυτὴν ἂν ἐποιεῖτο, τὴν ὀγδόην ἂν ἀπειργάσατο καὶ τὴν ιβ' καὶ ιστ' ἰσχυρὰς κρισίμους, ὥστ' αὐτὴ μὲν ἡ τετάρτη ἐναργῶς οὐδὲ περίοδός ἐστιν, ἀλλ' οἷον ἥμισυ περιόδου. τῆς γὰρ ἑβδομάδος διχῇ τμηθείσης ἡ τετάρτη δεξαμένη τὴν τομὴν πέρας μέν ἐστι τῆς πρώτης τετράδος, ἀρχὴ δὲ τῆς δευτέρας ἐγένετο. τάχα δ' ἂν ἡ ἑβδομὰς αὕτη δόξειεν ἤδη τελεία περίοδος ὑπάρχειν. οὐ γὰρ δὴ κἀπὶ ταύτης γε τὴν ἑβδόμην ἡμέραν ἀρχὴν τῆς δευτέρας ἑβδομάδος εἶναι συμβέβηκεν. οὕτω γὰρ ἂν εἰς τὴν τρισκαιδεκάτην, οὐκ εἰς τὴν ιδ' ἐνέπιπτε τὸ τέλος αὐτῆς. ἀλλ' ἐπεὶ πάλιν ἡ ιδ' πέρας θ' ἅμα τῆς δευτέρας ἑβδομάδος ἀρχή τε τῆς τρίτης ἐστὶν, οὐκέτ' ἂν οὕτως γε τελεία πε-

perfecti circuitus eft indicium, vel compofiti femper et faepius in fe aucti, quod alium non magis requirat. Atqui nec unus eorum qui vigefimum praecedunt, hoc obtinet; nam feptimus fi per fe femper auctus fit, ad vigefimumque primum, vigefimum octavum et trigefimumquintum et quadragefimumfecundum excideret, decimusquartus pari modo vigefimumoctavum faceret et quadragefimumfecundum. Sed et ipfe quaternarius, fi ejus compofitionem in fe faceret, octavum, duodecimum et decimum fextum fortes decretorios efficeret. Quapropter ipfe quartus ne periodus quidem evidenter eft, fed periodi velut dimidium; etenim feptimana dupliciter divifa quartus fectionem accipiens primi quaternarii terminus eft, fecundi initium. Forfan quis feptimanam hanc jam perfectum circuitum effe putaverit, non enim et in hac feptimum diem fecundae feptimanae initium effe contingit; fic enim ad decimumtertium, non decimumquartum, terminus ejus perveniret. Sed quum rurfus decimusquartus terminus fimul fecundae feptimanae et tertiae princi-

ρίοδος ἡ ἑβδομὰς ὑπάρχῃ. δὶς μὲν γὰρ ἑαυτὴν ἐπολυπλασίαζε, τὸ τρίτον δὲ οὐκ ἠδυνήθη. καὶ μὴν εἰ διὰ μὲν τὰς δύο τὰς πρώτας ἑβδομάδας ἐν διαζεύξει γενομένας ὁλόκληρόν τινα περίοδον ὑπολαμβάνειν χρὴ τὴν ἑβδομάδα, διὰ δὲ τὴν γ' συναφθεῖσαν οὐκέθ' ὁλόκληρον, ἤτοι τελείως εἰς ἀπορίαν καταστῆναι ἀνάγκη τὸν λόγον ἢ τὴν ἑβδομάδα πρώτην γέ τινα τῇ τάξει καὶ ἁπλῆν περίοδον ἡγητέον εἶναι, τὴν δὲ ἐκ τῶν κ' ἡμερῶν συγκειμένην δευτέραν τε ἅμα καὶ σύνθετον καὶ τελείαν.

Κεφ. ί. Ἅπτεται δή πως οὗτος ὁ λόγος τοῦ σκοπεῖσθαι, τίς τούτων ἐστὶ τῶν ἡμερῶν ἡ κρίνουσα τὰς ὀξείας νόσους. Ἱπποκράτους γὰρ εἰπόντος ἐν ἀφορισμοῖς, τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων κρίνεται ἐν ιδ' ἡμέρῃσιν, ἀφορμὴν ἐντεῦθεν ἐσχήκασιν οἱ σοφισταὶ λήρων μακρῶν, ὧν ἁπάντων χωρὶς οἷόν τέ ἐστι καὶ προγνῶναι τὰς μελλούσας ἔσεσθαι κρίσεις καὶ δοκιμάσαι τὰς ἤδη γεγενημένας. εἰ γὰρ εἰκοσταῖον εἰ τύχοι προγνοὺς, κριθήσεσθαι τὸ νόσημα τὴν δίαιταν ὁμολογοῦσαν αὐτῷ

pium fit, non adhuc perfectus circuitus feptimana fic fuerit, bis enim fe ipfum multiplicavit, ter non potuit. Atqui fi propter duas priores hebdomadas ex disjunctione factas, integrum quendam circuitum putare feptimanam convenit, propter tertiam vero conjunctam, non etiam integrum, vel omnino in dubitationem fermonem incidere neceffe eft, vel feptimanam primum quendam ordine et fimplicem circuitum putandam effe, qui vero ex viginti diebus componitur, fecundum fimul et compofitum et perfectum.

Cap. X. Monet jam hic fermo nos confiderare, quis horum dierum de acutis morbis decernat. Quum enim Hippocrates in aphorismis *acutos morbos in quatuordecim diebus judicari dicat,* magnam inde nugandi occafionem fophiftae arripuerunt; atqui fine illorum nugis omnibus et judicia omnia praefagire et jam facta explorare potes. Nam fi morbum exempli gratia vigefimo die judicandum effe perfagiens, victus rationem ei congruam inftituas, magnum

Ed. Chart. VIII. [487.] Ed. Baſ. III. (441.)

συστήσαιο, μέγιστα μὲν ἂν ὠφελήσῃς τὸν κάμνοντα, καλεῖν δ' ἐξέσται σοι καὶ ὀξὺ καὶ χρόνιον αὐτὸ, μηδεμιᾶς ὠφελείας ἢ βλάβης ἐκ τῆς προσηγορίας εἰς τὸν νοσοῦντα γινομένης. ἔστω γὰρ ὀξὺ καλεῖσθαι τὸ τοιοῦτον νόσημα, πάντων ὀρθῶς τῶν κατὰ τὴν δίαιταν ἐπὶ τοῦ κάμνοντος γεγενημένων· τί παρὰ τοῦτο χεῖρον, ἢ βέλτιον ἔσται; πάλιν οὖν εἰ βούλει, χρόνιον αὐτὸ προσαγόρευσον, ἵν' εἰδῇς ὅτι μηδὲν ἐκ τούτου βελτίων, ἢ χείρων ὁ κάμνων γίνεται. καθάπερ οὖν καὶ ἄλλα πολλὰ περὶ ὀνομάτων ἐρίζοντες οἱ σοφισταὶ τῶν μανθανόντων κατατρίβουσι τὸν χρόνον, οὕτω κἂν τῷ περὶ τῶν ὀξέων καὶ χρονίων διορίζεσθαι. εἰ γὰρ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, οὐ δύο μόνας οἴεσθαι χρὴ νοσημάτων διαφορὰς, ἀλλὰ πάνυ πολλὰς, εἴ γε καὶ τεταρταῖος πυρετὸς εἰς ἐτῶν ἀριθμὸν ἐξέπεσε τοσοῦτον, ἐν ὅσαις ἡμέραις ἕτερος ἐκρίθη καί τις ἄλλη νόσος εἰς μῆνας ἐξικνεῖται πολλούς. αὕτη μὲν οὖν ἡ πρώτη διαφορὰ τριττὴ, τῶν μὲν ἐν ἡμέραις, τῶν δὲ ἐν μησὶν, τῶν δὲ ἐν ἔτεσιν ὅλοις κρινομένων. κατὰ μέρος δὲ πάλιν ἐν μὲν τοῖς εἰς μῆνας ἐκπίπτουσι νοσήμασιν οὐχὶ ὅμοιον δήπουθέν ἐστι δυοῖν μη-

egro praeſidium adſeres. Licebit autem tibi et acutum et diuturnum ipſum vocare, quum nulla vel commoditas, vel offenſa ex appellatione aegro adveniat. Fingamus enim acutum hujusmodi morbum vocari, omnibus quae ad victum aegri pertinent, recte adminiſtratis, quid inde pejus, vel melius erit? Rurſus diuturnum ipſum, ſi placet, appella, ut nihil ex hoc, vel juvari, vel offendi aegrum intelligas. Quemadmodum igitur et in aliis pluribus ſophiſtae de nominibus contendentes diſſentiunt tempusque diſcentium conterunt, ſic quoque in acutorum longorumque morborum diſtinctione. Nam ſi verum fateri oportet, non duae tantum morborum differentiae, ſed permultae admodum putandae ſunt, ſi quidem quartana febris in tot annos incidit, quot alia diebus judicata eſt, ad haec alius quidam morbus in menſes multos duravit. Haec igitur prima differentia triplex; partim enim morbi diebus, partim menſibus, partim annis totis judicantur. Membratim rurſus in morbis, qui ad menſes perveniunt, non ſimile exiſtit, duorum videlicet

νῶν γενέσθαι τὴν λύσιν ἢ ἑπτά. οὕτω δὲ κἀπειδὰν ἡμερῶν ἢ ἐτῶν ἀριθμῷ λύεται τὰ νοσήματα, παμπόλλη διαφορά. τί γὰρ ὅμοιον [488] ἢ τριταῖον, ἢ εἰκοσταῖον κριθῆναι, τί δ' ὅμοιον εἰκοσταῖον, ἢ μ'; εἰ μὲν δὴ τὴν φυσικὴν αὐτῶν ἐθέλει ἐξευρίσκειν διαφορὰν, ὅσαι περ αἱ τῶν κρινουσῶν ἡμερῶν εἰσι περίοδοι, τοσαύτας ἀναγκαῖον ἔσται σοι ποιεῖσθαι καὶ τὰς νόσους. ἑτέρας μὲν οὖν φύσεως ὑποθεμένῳ, ὥσπερ οὖν δὴ καὶ ἔστιν ἑτέρας τὸ μὴ δυνάμενον ὑπερβαλεῖν τὴν πρώτην τετράδα, ἑτέρας δὲ τὸ τὴν ζ' μὴ ὑπερβαῖνον, οὕτω δὲ καὶ τῆς ια' καὶ τῆς ιδ' καὶ τῆς ιζ' καὶ τῆς κ' ἁπασῶν τε τῶν ἐφεξῆς κρισίμων ἴδιον ἑκάστης ἡγήσασθαι νόσημα.

Κεφ. ια'. Πρὸς μέντοι τὴν διδασκαλίαν ἄμεινον ἐν μείζοσιν ὅροις αὐτὰ περιλαμβάνειν, ὅπως μὴ πάμπολλα γίνοιντο· μὴ μέντοι μηδὲ πάλιν οὕτω μακροῖς ὡς ἐφεξῆς ἀλλήλων τάττειν τὰ πάμπολυ διαφέροντα, ὅθεν οὐδὲ τοὺς δύο τὰ πάντα τῶν νοσημάτων εἴδη τιθεμένους, εἶτ' ἄτμητον αὐτῶν ἑκάτερον φυλάττοντας ἐπαινῶν, οὔτε τοὺς τοσαύτην εἶ-

menſium, vel ſeptem ſolutionem fieri. Ita quum dierum vel annorum numero morbi ſolvuntur, permagnum diſcrimen exiſtit. Quid enim ſimilitudinis vel tertio, vel vigeſimo die judicinm ſubiiſſe, itidem vigeſimo, vel quadrageſimo? Jam vero ſi naturalem ipſorum differentiam invenire moliaris, quot dierum decretoriorum circuitus ſunt, tot quoque morbi ſtatuendi erunt. Itaque ſi alterius naturae eſſe dicas, quemadmodum ſane eſt, non poſſe primum quaternarium ſuperare, alterius, ſeptimum non excedere, ita et undecimi, decimiquarti, decimiſeptimi, vigeſimi, omniumque deinceps decretoriorum proprius cujusque morbus exiſtimandus eſt.

Cap. XI. Praeſtat tamen doctrinae gratia majoribus eos terminis comprehendere, ne plurimi fiant, verum non ita magis rurſus, ut multum differentes inter ſe mutuo collocentur. Unde nec eos laudo qui duas univerſas morborum ſpecies ponunt, neque utramque deinde dividunt, nec illos probo qui tot eſſe dicunt quot dierum decretoriorum

ναι λέγοντας ὅσαι περ αἱ τῶν κρινουσῶν ἡμερῶν εἰσι περίοδοι. τίς ἂν οὖν ἡ ἀρίστη διδασκαλία γίνοιτο καὶ μάλιστα τῇ χρείᾳ τῆς τέχνης ἐπιτήδειος; εἴ τις τῶν σοφιστῶν ἰατρῶν ἐπιχειρήσειεν ἰατρεύειν ἐπιμελῶς, ἐάσας τὸν ὑψηλὸν ἐκεῖνον θρόνον ἐφ᾽ οὗ καθεζόμενος ὥσπερ τις μέγας βασιλεὺς ἐπιτρίβει τὰ μειράκια, τοῦτον εὖ οἶδ᾽ ὅτι πρὸς αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἐκδιδαχθήσεται τὸ χρήσιμον. ὥσπερ οὖν καὶ ὁ πάντα θαυμαστὸς Ἱπποκράτης ἀπὸ τῶν ἐναργῶν αὐτῶν ὁρμώμενος ποτὲ μὲν οὕτω γράφει· ὅκου μὲν κάτοξυ τὸ νόσημα, (442) αὐτίκα καὶ τοὺς ἐσχάτους ἔχει πόνους καὶ τῇ ἐσχάτως λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι· ποτὲ δ᾽ οὕτω· τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσιν. εἶτ᾽ αὖθις· αὗται μὲν οὖν διὰ τεσσάρων εἰς τὰς κ΄ ἐκ προσθέσιος ἀφικνέονται. εἶτ᾽ αὖθις δὲ πάλιν· εὔπνοιαν δὲ χρὴ νομίζειν κάρτα μεγάλην δύναμιν ἔχειν εἰς σωτηρίην ἐν πᾶσι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασιν, ὁκόσα σὺν πυρετοῖς ἐστι καὶ ἐν μ΄ ἡμέρῃσι κρίνεται. καὶ μὲν δὴ καὶ τῆς ξ΄ καὶ τῆς π΄ καὶ τῆς ρκ΄ αὖθις μέμνηται καὶ ταύτας πάλιν καταλιπὼν τὰς μὲν θερινὰς νόσους χειμῶνος λύε-

circuitus. Quae igitur praeſtantiſſima doctrina fuerit, maximeque artis uſui idonea? puta ſiquis ſophiſtarum medicorum accurate medicinam tractare conetur, ſublimi illa ſede relicta, in qua magni regis cujuspiam inſtar ſedens adoleſcentes moratur, hunc ſatis novi ex ipſa re utilitatem edotum iri. Sicut igitur et Hippocrates in omnibus admirandus ab ipſis evidentibus ſermonem capiens haec aliquando ſcribit: *Ubi peracutus morbus eſt, ſtatim etiam labores extremi adſunt et extreme tenuiſſimo victu utendum eſt.* Interdum ita ſcribit: *Acuti morbi quatuordecim diebus judicantur.* Deinde rurſus: *Hi ergo per quatuor aucti ad viginti perveniunt.* Iterum poſtea: Spirandi facilitas maximam vim ad ſalutem habere exiſtimanda eſt in omnibus morbis acutis, quibus febris copulatur, quique quadraginta diebus judicantur. Quin etiam ſexageſimi, octogeſimi et centeſimi vigeſimi rurſus meminit, atque his denuo relictis aeſtatis morbos hieme ſolvi ait, hibernos aeſtate. Quin et hoc modo inquit: *Plurimi puerorum affectus diebus qua-*

σθαί φησι, τὰς δὲ χειμερινὰς θέρους. λέγει δὲ καὶ οὕτως· τ δὲ πλεῖστα τοῖσι παιδίοισι πάθεα κρίνεται μὲν ἐν μ' ἡμέρῃσ τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ μησὶ, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ ἔτεσι τὰ δὲ πρὸς τὴ ἥβην προσάγουσιν αὗται πᾶσαι πρός τε διδασκαλίαν ἅμα σαφ καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀῤῥώστων χρείαν ἱκανῶς ὠφέλιμοι διαφο ραί. καὶ γὰρ οὖν καὶ τὸ τῆς διαίτης εἶδος ἕτερος ἐφ' ἑκάστη ἐστίν. γνοίης δ' ἂν μάλιστα τὸν αὐτὸν ἄῤῥωστον ἐν ἁπά σαις αὐταῖς ἐξ ὑποθέσεως ὑποβαλὼν τῷ λόγῳ. νεανίσκος δ τις ἰσχυρὸς ἑαλωκέτω νοσήματι κατὰ τὴν πρώτην τετράδ κριθήσεσθαι μέλλοντι, τὸν ἀφορισμὸν ἐπὶ τούτου μάλιστ προχειρισάμενος ἐκεῖνον. ὅκου μὲν οὖν κάτοξυ τὸ νόσημα αὐ τίκα καὶ τοὺς ἐσχάτους πόνους ἔχει καὶ τῇ ἐσχάτως λεπτοτάτ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι, μήτε τροφήν τινα δῷς τούτ μήτε μελίκρατον ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ὕδατο ὅσον οἷόν τε φείδεσθαι κέλευε. τὸν αὐτὸν τοῦτον νεανίσκο ὑποθέμενος ἑβδομαῖον κριθήσεσθαι, βραχύ τι τῆς προειρημ νης διαίτης ὑπάλλαξον, ἤτοι μελίκρατον διδοὺς ἤ τι τοιοῦτο ἕτερον πόμα τῇ φύσει τοῦ νοσήματος οἰκεῖον, ὡς Ἱπποκράτη ἐδίδαξε. προσδιοριεῖς δὲ καὶ ταῦτα τὰ μὲν αὐτὸς ἀπό τινω

draginta judicantur, quidam feptem menfibus, aliqui fe ptem annis, nonnulli ad pubertatem usque perveniun Hae omnes ad doctrinam fimul clariorem et aegrorum ufu admodum utiles funt differentiae; etenim fua cujusque v ctus fpecies eft. Cognoveris autem maxime aegrum ipfu in his omnibus, fi hypothefin fermoni adjecero. Adolefcen ergo quis valido morbo correptus fit, qui in primo quate nario judicabitur, aphorismum in hoc maxime illum im tandum puta: *Quum peracutus morbus fuerit, ftatim etia extremi dolores adfunt et extreme tenuiffimo omnium vict utendum eft, neque alimentum quodvis huic adhibueri nec melicratum aut huic fimile, imo etiam ab aqua qua tum poteft, abftinere jubeto* Hunc ipfum adolefcente ubi feptimo die crifim habiturum ftatueris, paululum pra dictam victus rationem immuta, vel mulfam exhibens, v aliam hujusmodi quandam potionem morbi naturae famili rem, ut Hippocrates praecepit. Ipfe autem et haec inv

ημείων, οἷον κράσεως, ἔθους καὶ ἡλικίας ἀνευρίσκων, ἔνια δὲ αὶ τοῦ νοσοῦντος ἀναπυνθανόμενος, εἰ στόμαχον ἰσχυρὸν ἔχει ακρᾶς ἀσιτίας φέρειν δυνάμενον, ἢ κακούμενον ἑτοίμως καὶ ᾳδίως διαλυό[489]μενον. οὕτω δὲ καὶ τὴν ἕξιν ἐπισκοπῶν ἀνθρώπου τὰ μὲν αὐτὸς ἐξ ὧν ἔμαθες ἐν τοῖς περὶ κράσεων ξευρίσκων, ἔνια δὲ καὶ τοῦ νοσοῦντος ἀναπυνθανόμενος. εἰσὶ άρ τινες ἱκανῶς εὐδιαφόρητοι καὶ διὰ τοῦτο μακροτέρας ἀσι-ίας οὐ φέρουσιν, οὐδ᾽ ἂν ἰσχυροὶ τὴν δύναμιν ἔμπροσθεν ὦσιν. εἰ δή σοί τι τοιοῦτον ἀνερωτῶντι καὶ αὐτῷ στοχαζο-ιένῳ φαίνοιτο καὶ ῥᾳδίως μὲν ὁ κάμνων διαφοροῖτο, ῥᾳδίως ' ὁ στόμαχος αὐτοῦ πάσχοι, πτισάνης χυλὸν ἀκριβῶς διη-θημένον ἑκάστης ἡμέρας ὀλίγον διδόναι καὶ μνημονεύων πάλιν νταῦθα τοῦ πρὸς Ἱπποκράτους εἰρημένου, ὅσον ἕνεκα τοῦ θους εἰσιέναι τι καὶ κεναγγείην μὴ γίνεσθαι πολλὴν, αὐτῆς ὲ ἑβδόμης ἐπιστάσης μηκέτι τρέφειν, ἀλλὰ πρὸ μιᾶς, ἢ πρό-σθεν ἔλαττον διδόναι. καὶ γὰρ οὖν καὶ περὶ τούτων ἀκριβῶς ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ παλαιὸς ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων. εἰ μέντοι ριταῖος ἢ τεταρταῖος ὁ τοιοῦτος νεανίσκος ἐλπίζοιτο κριθήσε-

nies partim a fignis quibusdam, velut temperamento, confuetudine et aetate, quaedam etiam aegrum interrogabis, an valido fit ventriculo, qui longam inediam ferre poffit, an cito offendatur et facile diffolvatur. Sic etiam habitum hominis confiderans, quaedam ipfe ex iis, quae in opere De temperamentis didicifti invenies, alia ex aegro rogando, funt enim quidam ad refolutionem faciles, atque ideo diuturniorem inediam non ferunt, licet viribus validi antea fuerint. Si jam tibi tale quippiam interroganti et per te ipfum conjicienti appareat et aeger facile diffolvatur, facileque ftomachus ejus offendatur, ptifanae cremorem exacte percolatum quotidie modice exhibebis, memor rurfus hic ejus, quod Hippocrates dixit: *Sed aliquid tum confuetudinis gratia, tum etiam ne vaforum magna fiat inanitio, ingerere convenit.* At ubi feptimus dies inftet, nequaquam aegrum nutriri convenit, fed ante unum diem vel antea, minus exhibendum eft. Atque haec nos adamuffim fenex ille in opere de victus ratione in morbis acutis perdocuit. Si quidem

σθαι, μήτε τοῦ στομάχου τὴν κάκωσιν μήτε τῆς ἕξεως τὴν κένωσιν ὑπόπτευε. πρὸς μέντοι τῷ νέος ὑπάρχειν ἅμα καὶ ἰσχυρότατος εἶναι καὶ ῥαδίως ἀσιτίαν ἀνέχεσθαι μακρῶν οὗτος ὁμολογήσει καὶ δυσδιαφόρητός σοι φαίνοιτο καὶ μηδὲν εἴη νόσημα νοσῶν τοιοῦτον ὡς ὀξυμέλιτος ἢ μελικράτου δεῖσθαι, τελέως ἀσιτεῖσθαι τοῦτον ἐγχωρεῖ μέχρι τῆς ζ· εἰ δ᾽ εἰς τὴν γ' ἢ δ' τετράδα κρίσιν ἔσεσθαι προσδοκήσειεν, οὐκέτ᾽ ἐγχωρεῖ τὸν τοιοῦτον οὔτ᾽ ἐπ᾽ ἀσιτίας φυλάττειν οὔτ᾽ ἐπὶ μόνου πόματος· ὥστε οὐ σμικρά τις ἡ μεταβολὴ τῆς διαίτης, οὔκουν οὐδὲ τῶν νοσημάτων ἡ διαφορά σμικρά.

Κεφ. ιβ'. Καλείσθω δὴ τὸ μὲν ἄχρι τῆς ἑβδόμης ἐκτεινόμενον κάτοξυ, τὸ δὲ καὶ περαιτέρω που προϊὸν ἁπλῶς ὀξὺ, μεμνημένων ἡμῶν καὶ τῆς ἐν τῷ κατόξει διαφορᾶς. ἀκριβῶς μὲν γὰρ κάτοξυ τὸ μέχρι τῆς τετάρτης ἡμέρας, οὐκ ἀκριβῶς δὲ τὸ μέχρι τῆς ἑβδόμης ἐκτεινόμενον. οὕτω δὲ καὶ τῶν ὀξέων ἀκριβῶς μὲν ὀξὺ τὸ μέχρι τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, οὐκ ἀκριβῶς δὲ τὸ μέχρι τῆς εἰκοστῆς, ὀξὺ μέντοι καὶ αὐτό. γένος

adoleſcenti tertio aut quarto die morbum judicatum iri ſpes ſit, nullum ſtomachi vitium, aut habitus inanitionem ſuſpicare. Ad haec ſi praeterquam quod juvenis ſit, etiam validiſſimas vires habeat, longam facile inediam tolerare fateatur et aegre diſſolvi tibi appareat, inſuper nullus ejusmodi morbus adſit, ut oxymeli aut mulſam requirat, is omnino ad ſeptimum usque diem a cibis abſtinere poteſt. Quod ſi ad tertium, vel quartum quaternarium criſis futura videatur, non ita abſtinere poteſt, nec ſola potione ſervari. Quapropter non parva quaedam victus mutatio, nec morborum ideo exigua differentia.

Cap. XII. Vocetur jam peracutus morbus qui ad ſeptimum usque diem extenditur, qui longius procedit, ſimpliciter acutus. At hic quoque differentiae in peracuto memoria tenendae ſunt; etenim exacte peracutus is eſt, qui quartum diem attingit, non exacte, qui ad ſeptimum usque producitur. Eadem ratione inter acutos alius exacte acutus, qui ad usque decimumquartum porrigitur; non exacte vero, qui ad vigeſimum usque durat, quanquam et ipſe acutus ſit.

δ' ἄλλο νοσημάτων ἐπὶ τῷδε ἐκ μεταπτώσεως ὀξὺ μέχρι τῆς τεσσαρακοστῆς. καλεῖν γὰρ ἄμεινον οὕτως αὐτὸ, διότι τῶν ὀξέων τινὸς ἐλλιπῶς κριθέντος ἐντὸς τῆς εἰκοστῆς ἡμέρας, εἶτα θραυσθείσης τῆς σφοδρότητος, τὸ καταλειπόμενον ἐντὸς τῆς τεσσαρακοστῆς εἴωθε λύεσθαι. ἔνια δ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς οἷον κωλυόμενά τε καὶ βραδέως κινούμενα καὶ μηδεμίαν ἀθρόαν ἐν τῷ μεταξὺ ποιησάμενα μεταβολὴν εἰς τὴν τεσσαρακοστὴν ἐκτείνεται. διττὴ δὲ καὶ τούτων ἡ φύσις· ἢ γὰρ εἰς ἀπυρεξίαν ἀκριβῆ τὰς παρακμὰς τῶν παροξυσμῶν ἔχει τελευτώσας, ἢ συνεχὴς ὁ πυρετὸς ἀεὶ διαμένει. τὰ μὲν δὴ τοιαῦτα τῆς τῶν ὀξέων φύσεως ἔχεσθαι δοκεῖ, τὰ δὲ ἕτερα σαφῶς ἐστιν ἤδη χρόνια. πολλαχῇ μὲν δὴ καὶ ἄλλοθι τὸν Ἀρχιγένην δίκαιον ἐπαινεῖν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ταύτην ἄν τις γνωρίσειεν αὐτοῦ τὴν περὶ τὰ τῆς τέχνης ἔργα σπουδὴν, ὅτι μὴ τοῖς χρόνοις μόνοις ψιλοῖς, ἀλλὰ καὶ τῇ κινήσει τε καὶ φύσει μᾶλλον ὀξὺ ἢ κάτοξυ προσαγορεύει νόσημα. τὸ γὰρ ἀργῶς τε καὶ βραδέως καὶ μετὰ διαλειμμάτων ἀπυρέτων ἕως τῆς μὲν τεσσαρακοστῆς ἐκτεινόμενον οὐκ ἄν τις εὖ φρονῶν ἔτι καλέσειεν ὀξὺ, φησί.

Adhuc aliud morborum genus, quod ex decidentia acutum, ad quadragefimum usque diem pervenit; fatius enim eft ita vocare ipfum, quod acuto quodam imperfecte judicato intra diem xx, deinde vehementia ejus obtufa, reliquum ejus intra xL diem folvi confuevit. Nonnulli autem ftatim ab initio velut prohibiti, tardeque moti et nullam interea fubitam mutationem moliti ad quadragefimum producuntur. Duplex autem horum quoque natura eft; vel enim acceffionum remiffiones in exactam integritatem finiunt, vel continua febris femper perdurat. Atque hujusmodi morbi de acutorum natura obtinere videntur; alii vero manifefto jam funt diuturni. Porro Archigenes multis nominibus et diverfis laudandus eft, maxime vero fi ftudium ejus artis tractandae medicae cognoveris, quoniam non temporibus folis nudis, fed et motu et natura magis acutum vel peracutum morbum appellaverit. Nam quum fegni lentoque motu cum intervallis a febre liberis ad quadragefimum usque extendi-

καὶ γὰρ εἰ θᾶττον τῆς μ' παύοιτο τοιοῦτον ὑπάρχον, ἤδη χρόνιόν ἐστιν. ἕτερα δὲ νοσήματα βραχυχρόνια μὲν ὀνομάζει, δίκαιον δ' εἶναί φησι μήτ' ὀξέα μήτε χρόνια προσαγορεύεσθαι, [490] καθάπερ τοὺς μικροὺς τούτους καὶ ἀκινδύνους πυρετούς. οὗτοι γὰρ ὅτι μὲν οὐκ εἰσὶ χρόνιοι πρόδηλον, ἀποκεχωρήκασι μέντοι τῆς τῶν ὀξέων φύσεως. ὀξὺ γὰρ δὴ τοῦτ' εἶναί φησιν ὃ ᾗ διὰ ταχέων κινδυνῶδες. ὁρᾷς οὖν ὅτι καὶ λύσεως ἐνίοτε τὴν αὐτὴν ἐχούσης προθεσμίαν ἢ ὀξὺ τὸ νόσημα καλέσομεν ἢ οὐκ ὀξύ. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐνίοτε τὸ μὲν ὀξὺ, τὸ δὲ χρόνιον, αὐτῇ τῇ κινήσει μόνῃ διορίζοντες. οἶδα γοῦν πολλοὺς ἕως τῆς τεσσαρακοστῆς ἡμέρας ἐν συνεχεῖ πυρετῷ γινομένους, οὕτω δὲ καλῶ δηλονότι τὸν μὴ παυόμενον εἰς ἀπυρεξίαν, ὥσθ' ὅτι μὲν οὐκ ἦν χρόνιος ἡ τοιαύτη νόσος ἔχειν εἰπεῖν, οὐ μὴν οὐδ' ἁπλῶς γ' ὀξεῖαν αὐτὴν ὀνομάζειν εὔλογον. ἀλλὰ γὰρ ἐπειδὴ τά τ' ἐκ μεταπτώσεως ὀξέα τῆς ἀκριβοῦς λύσεως ὅρον ἔχει τὸν ἐξωτάτω τὴν τεσσαρακοστὴν ἡμέραν, ἔνια δὲ διὰ παντὸς ἐν συνεχείᾳ πυρετοῦ μέχρι ταύτης

tur, nemo fanae mentis acutum, inquit, nominaverit; etenim fi ante xL ceffet, hujusmodi exiftens, jam diuturnus eft. Alios vero morbos breves quidem vocat, aequum autem effe dicit nec acutos nec diuturnos appellari; quemadmodum parvas has et a periculo remotas febres, quas non diuturnas effe nemo ignoret, etfi ab acutorum natura recefferint; nam acutum eum effe ait qui cum velocitate periculofus eft. Vides igitur nos, quum folutio interdum eandem temporis praefinitionem habet, vel acutum morbum, vel non acutum nuncupare; eodem modo quandoque alium acutum, alium diuturnum ipfo motu folo diftinguentes. Novi igitur complures ad quadragefimum usque diem continua febre conflictatos effe; ita voco eam, quae nunquam ad integritatem definit, ita ut hujusmodi morbum non fuiffe diuturnum dicere poffimus; non tamen fimpliciter acutum nominare ratio eft. Sed enim quoniam ex decidentia acuti exactae folutionis terminum habent longiffimum diem quadragefimum, nonnulli vero continua femper febre ad hunc

ἐξετάθη· κείσθω καὶ οὕτως ὁ χρόνος ἐνίοτε μὲν ἤδη χρονίων σαφῶς νοσημάτων, τῶν ἐχόντων διάλειμμα, ὡς ἔμπροσθεν εἶπον, ἐνίοτε δ᾽ ὀξέων εἶναι κριτικός. οὕτως οὖν ὁ Ἱπποκράτης ἔλεγεν ἐν τῷ προγνωστικῷ· εὔπνοιαν δὲ χρὴ νομίζειν κάρτα μεγάλην δύναμιν ἔχειν εἰς σωτηρίην ἐν πᾶσι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασιν ὁκόσα σὺν πυρετοῖς ἐστι καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι κρίνεται· οὐ γὰρ ἁπλῶς ὀξέων εἶπε καίτοι δυνάμενος εἰπεῖν, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης τοῦ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι κρίνεται, ὡς ὄντων τινῶν ὀξέων, ἃ τῆς παντελοῦς λύσεως ἕνεκα εἰς αὐτὴν ἐκτείνεται τὴν ἡμέραν. τὰ μὲν οὖν ἁπλῶς ὀξέα τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης οὐκ ἂν ἐξωτέρω προβαίη μὴ κριθέντα, τὰ δὲ εἰς μ´ ἐκπίπτοντα ποτὲ μὲν αὐτὰ τοιαῦτά ἐστι, τὰ ἐντὸς τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐλλιπῶς κριθέντα, ποτὲ δὲ ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐμνημόνευσα μὴ πάνυ τι πολλάκις γινόμενα. καὶ μὲν δὴ καὶ τρίτα τὰ σαφῶς ἤδη βραδέα τὰ τοῖς ὀξέσιν ἀντιδιαιρούμενα τὴν τεσσαρακοστὴν ἡμέραν ἔχει κρίσιμον. ἀλλὰ

usque extenfi funt, ponatur et hoc tempus aliquando jam diuturnorum manifesto affectuum, eorum, inquam, qui intervallum habent, ficut antea diximus, aliquando acutorum esse decretorium. Itaque Hippocrates in prognoftico his verbis utitur: *Facilis autem fpiratio in omnibus acutis morbis, quibus febris copulatur, quique intra quadraginta dies judicari folent, admodum magnum ad falutem momentum habere putanda eft;* non enim fimpliciter acutis dixit, quamvis dicere potuiffet, fed cum additione hac, nempe, *qui intra quadraginta dies judicari folent,* tanquam acuti quidam fint, qui perfectae folutionis gratia ad eum diem prolongentur. Acuti ergo fimpliciter, non utique ultra decimumquartum diem progrediantur non judicati. Qui vero in quadragefimum excidunt, interdum hi ipfi funt, qui intra decimumquartum diem imperfecte prius judicati fuerant; interdum, quorum paulo ante memini, non frequenter adeo evenientes; quinetiam tertium genus illorum eft, qui manifesto jam tardi, acutis oppofiti, quadragefimum diem habent decretorium. Sed de his paulo poft dicturi fu-

περὶ μὲν τούτων ὀλίγον ὕστερον ἐροῦμεν. ὅλον δὲ τὸ προειρημένον γένος (443) τῶν ἐκ μεταπτώσεως ὀξέων ὀνομαζέσθω. δέδεικται μὲν οὖν ἡμῖν καὶ δι᾽ ἑτέρων καὶ μάλιστα ἐν τῷ τρίτῳ τῶν περὶ δυσπνοίας ὡς ἐν τῷ προγνωστικῷ γράμματι περί τε τῶν ἁπλῶς ὀξέων διαλέγεται καὶ προσέτι τῶν ἐκ μεταπτώσεως ἐκείνων ἀποτελουμένων. ὅταν οὖν ἐπὶ τῇ τελευτῇ μὲν τοῦ βιβλίου καθόλου ποιούμενος τὴν ἀπόφασιν εἴποι· ταῦτα δὲ λέγω περὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων καὶ ὅσα ἐκ τουτέων γίνεται· κατὰ μέρος δὲ περὶ μὲν ὑδρώπων ᾧδέ πως· οἱ δὲ ὕδρωπες οἱ ἐκ τῶν ὀξέων νοσημάτων γινόμενοι πάντες κακοί· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὅταν περὶ τῶν ἐμπύων τε καὶ φθισικῶν ὀνομαζομένων καὶ τῶν ἐξ ἀποστήματος εἰς χρόνον ἐμπιπτόντων μακρότερος ὁ λόγος αὐτῷ γίνηται, σαφῶς δηλοῖ ὡς οὐκ ἐπελάθετο μὲν τοῦ προκειμένου, τὰ δὲ ἐκ τῶν ὀξέων νοσημάτων γινόμενα, κᾂν ᾖ χρόνια, διέρχεται. οὕτως οὖν κᾀκεῖνα εἴρηται· αἱ δ᾽ ἄλλαι ἐκπυήσιες αἱ πλεῖσται ῥήγνυνται, αἱ μὲν εἰκοσταῖαι, αἱ δὲ τριακοσταῖαι, αἱ δὲ τεσσαρακοσταῖαι, αἱ δὲ πρὸς ἑξήκοντα ἡμέρας ἀφικνέονται. καὶ μὲν δὴ κᾂν τῷ καταλόγῳ τῶν κρισίμων ἡμερῶν τῶν κατὰ τὸ προγνωστικὸν

mus. Caeterum univerſum praedictum genus acutum nominetur ex decidentia. Oſtenſum nobis eſt tum alibi tum in tertio de ſpirandi difficultate potiſſimum quod in prognoſtico et de ſimpliciter acutis differit, et ad haec de iis, qui ex illorum decidentia fiunt. Quum igitur in univerſum quidem ad calcem libri pronunciet: *Haec autem dico de acutis morbis et qui inde proveniunt;* ſingillatim de hydrope hunc ſermonem proferens: *Hydrops ſi ex acuto morbo coepit, omnis malus eſt;* pari modo, quum de purulentis tabidisque vocatis affectibus, item de iis qui ex abſceſſu in longum tempus porriguntur verba faciat, clare innuit propoſiti ſe non oblitum eſſe, morbos qui ex acutis diuturni fiunt commemorans. Sic ergo et illa dicta ſunt: *Reliquae autem vomicae magna ex parte rumpuntur, ſed aliae in die vigeſimo, aliae trigeſimo, aliae quadrageſimo, nonnullae ad ſexageſimum usque perveniunt.* Quinetiam in dierum decretoriorum enumeratione, qui in prognoſtico recenſentur,

ἕως τῆς ἑξηκοστῆς ἡμέρας προέβη δεόντως. ἐπεὶ γὰρ οὐ περὶ τῶν ὀξέων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐκ τούτων γινομένων ὁ λόγος ἦν αὐτῷ, προσηκόντως, οἶμαι, κἀν ταῖς κρισίμοις αὐταῖς, κἀν τῇ περὶ ῥήξεως τῶν ἀποστημάτων διδασκαλίᾳ τῆς ἑξηκοστῆς ἡμέρας ἐμνημόνευσε. ταύτην οὖν τὴν διδασκαλίαν οἱ μὴ νοήσαντες εἰκῇ καὶ μάτην ἐν τούτοις πλέκουσι ζητήματα, μάχεσθαι νομίζοντες τῷδε τῷ λόγῳ τῷ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς εἰρημένῳ τῷ φάσκοντι, τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι κρίνεται, [491] ὥσπερ οὐκ αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους ἀκριβῶς ἐνδειξαμένου τῷ λόγῳ τῶν ἐκ μεταπτώσεως ὀξέων τὴν φύσιν ἑτέραν τῆς τῶν ἁπλῶς ὀξέων. αὐτὸ γὰρ δὴ τοῦτ᾽ ἐναντίον ἐστὶν ἢ ἐκεῖνοι νομίζουσιν. εἰ μὴ γὰρ διττὴν ἠπίστατο τῶν ὀξέων τὴν φύσιν, ἑτέραν μὲν τῶν ἁπλῶς ὀξέων, ἑτέραν δὲ τῶν ἐκ μεταπτώσεως, οὐκ ἂν διωρίσατο τῇ προσθήκῃ τὴν ἀπόφασιν, ἀλλ᾽ ἁπλῶς εἶπεν ἄν, εὔπνοιαν δὲ χρὴ νομίζειν κάρτα μεγάλην δύναμιν ἔχειν εἰς σωτηρίαν ἐν πᾶσι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι. νυνὶ δὲ ἐπειδὴ τὴν τοιαύτην λέξιν ἠπίστατο τῶν ἁπλῶς ὀξέων ἐσομένην ἐνδεικτικὴν, οὐ μὴν ἐβούλετό γ᾽ οὕτως, ἀλλὰ σὺν

ad fexagefimum usque diem non abs re proceffit. Quoniam enim non de acutis folum, verum etiam de iis qui inde progrediuntur, fermonem inftituit, nec inepte, puto, tum in ipfis decretoriis tum in doctrina de abfceffuum ruptione fexagefimi diei meminit. Qui ergo hanc doctrinam non intellexerunt, ii nequicquam ac fruftra quaeftiones in his texunt, diffentire putantes cum iis quae in aphorismis tradiderit, morbos inquiens acutos quatuordecim diebus judicari, quafi ipfe Hippocrates non accurate fermone indicaffet naturam acutorum ex decidentia aliam effe a natura abfolute acutorum. Longe enim fecus eft quam illi putant, quoniam fi non acutorum duplicem naturam cognoviffet, aliam abfolute acutorum, aliam ex decidentia, non fane diftinxiffet appofitione fuam fententiam, verum fimpliciter dixiffet: *Facilis fpiratio in acutis morbis valde magnum ad falutem momentum habere putanda eft.* Nunc autem quum hujusmodi dictionem fimpliciter acutos indicaturam fciret, non tamen ita, verum cum his etiam alia

αὐτοῖς καὶ τἄλλα περιλαβεῖν, εὐλόγως προσέθηκε πρῶτον μὲν τὸ ὁπόσα σὺν πυρετοῖς εἰσι, μηκέτι προσγράψας τοῖσι συνεχέσιν, ὅπερ ἴδιον ἦν τῶν ἁπλῶς ὀξέων· ἔπειτα δὲ καὶ τὸ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι κρίνεται, ὡς ἂν ἄλλων τινῶν ὄντων ὀξέων, ἃ οὐκ ἐν μ΄ ἡμέρῃσι κρίνεται. πανταχόθεν οὖν αὐτῷ διώρισταί τε καὶ δέδεικται σαφῶς ἡ φύσις τῶν νοσημάτων, ὑπὲρ ὧν ὁ σύμπας ἐστὶ κατὰ τὸ προγνωστικὸν λόγος. οἱ δ᾽ ἐξηγηταὶ τὰ σαφῶς εἰρημένα ζητοῦσιν ἀσαφῆ ποιῆσαι. τὸ μὲν οὖν ὀνόματος προσθήκῃ λύειν ἐπιχειρεῖν ὃ πλέκουσι ζήτημα συγγνωστὸν, ἀλλὰ τοῦτο μὲν ποιήσουσιν οἱ οὕτω γράφοντες· εὔπνοιαν δὲ χρὴ νομίζειν κάρτα μεγάλην δύναμιν ἔχειν εἰς σωτηρίαν ἐν πᾶσι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασιν, ὁκόσα σὺν πυρετοῖς ἐστι καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι κρίνεται. τινὲς δὲ καὶ μὴ προσγράφοντες ἐν τῇ ῥήσει τὸ καὶ ὁκόσα, συνυπακούειν δεῖ, φασὶν, ἵν᾽ ὁ λόγος αὐτῷ γένηται διπλοῦς, ὁ μὲν ἕτερος περὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων, ὑπὲρ ὧν ἀπεφήνατο κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς, ὁ δ᾽ ἕτερος ὑπὲρ τῶν ἄλλων, ὅσα σὺν πυρετοῖς ἐστι καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι κρίνεται. τὸ

complecti vellet, non fine ratione appofuit, primum quibus febris copulatur, non adfcribens, continua, quod abfolute acutorum erat proprium; deinde, qui intra quadraginta dies judicantur, perinde ac fi alii quidam acuti fint, qui diebus quadraginta non judicentur. Quare undequaque morbi naturam, quo de in prognoftico tota difputatio eft, clare diftinxit Hippocrates et demonftravit. At interpretes luculenter dicta obfcura reddere moliuntur. Quod ergo nominis appofitione quaeftionem quam contexunt folvere conentur condonandum eft, at hoc faciunt qui ita fcribunt: *Facilis fpiratio in omnibus acutis morbis, quibus febris copulatur, quique intra quadraginta dies judicantur, magnam fane vim ad falutem obtinere cenfenda eft.* Nonnulli etiam non adfcribunt, *quique*, inaudiendum effe dicentes, ut fermo ejus duplex fiat, alter de acutis morbis, quos in aphorismis expofuit, alter de aliis, qui febrem junctam habent et quadraginta diebus judicantur. Quod vero

δὲ μηδὲ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς οἴεσθαι τὴν ιδ΄ ἡμέραν κρίσιμον, ἀλλὰ κἀκεῖ δεκατέσσαρας τὰς πάσας ὑπολαμβάνειν ἀποφαίνεσθαι τὸν Ἱπποκράτην κρισίμους ἡμέρας ὑπάρχειν, εἶναι γὰρ τοσαύτας, εἴ τις ἀπὸ τῆς τρίτης, ἣ πρώτη πασῶν κρίνειν πέφυκεν, ἀριθμήσειεν ἄχρι τῆς μ΄, οὐ μικρᾶς καταγνώσεως ἄξιον. οὔτε γὰρ ὡς ἰατροὶ τοῦτο λέγουσιν οὔθ᾽ ὡς ἀριθμεῖν γινώσκοντες οὔθ᾽ ὡς ἀναγινώσκειν εἰδότες. ἰατροὶ γὰρ ὄντες ἠπίσταντό τε ἂν πρῶτον μὲν ὡς οὐδὲν τῶν ἀκριβῶς ὀξέων εἰς τὴν μ΄ ἡμέραν ἀφικνεῖται μὴ προκριθέν· ἔπειτα δὲ καὶ ὡς οὐδὲ τεσσαρεσκαίδεκα τὸν ἀριθμόν εἰσιν αἱ μέχρι τῆς μ΄ κρίσιμοι. κατὰ τοῦτο δὲ οὐδὲ ἀριθμεῖν ἄν τις αὐτοὺς ἐπίστασθαι φαίη. πλείους γάρ εἰσι τῶν δεκατεσσάρων τό τε ἀληθὲς αὐτὸ καὶ τὸ φαινόμενον ἐπὶ τῶν ἔργων σκοπουμένοις καὶ μέντοι καὶ τὸ πρὸς Ἱπποκράτους ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν εἰρημένον. ἔμπροσθεν δὲ παρέγραψα τὴν λέξιν ἐκείνην, ἐν ᾗ διδάσκει τὰς κρισίμους ἡμέρας ἁπάσας, εἴ τις ἀριθμεῖν ἐπίσταται, πλείους εὑρήσει τῶν ιδ΄ μέχρι τῆς μ΄ γενομένας. εἰ δὲ τὰς

nec in aphorismis decimumquartum diem decretorium, fed illic quatuordecim omnes decretorios dies Hippocratem pronunciaffe arbitrentur, effe enim tot, fi quis a tertio, qui primus omnium decernere natus eft, ad quadragefimum usque numeraverit, non parvam reprehenfionem merentur. Neque enim ut medici hoc dicunt, nec ut qui numerare fciant aut legere. Nam fi medici effent, primum fane nullum exacte acutum morbum ad quadragefimum diem non prius judicatum pervenire fcirent, deinde ne quatuordecim quidem numero effe ad quadragefimum decretorios. In hoc autem ne vel numerare ipfos noviffe quis jure dixerit, plures namque funt ac quatuordecim, iis fane qui veritatem ipfam rerumque evidentiam infpiciunt, item id quod Hippocrates in primo epidemiῶn fcriptum reliquit. Superius verba ipfius appofui, quibus decretorios dies univerfos edocet, ubi fi quis numerare didicit, plures indubie ad quadragefimum diem evenientes quam quatuordecim inveniet. Si quis autem folos eos, qui per quaternarium

κατὰ τετράδα μόνας ἀριθμεῖ τις, ἴσως γὰρ ἐπὶ τούτῳ ἐξελεγχόμενοι πάλιν μεταβήσονται, ἐλάττους εἰσὶν, αἱ δὲ τῶν ιδ'. ὅτι δ' οὐδ' ἀναγινώσκειν ἴσασιν οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες ὧδ' ἂν μάλιστα γνοίης. εἰ μὲν οὖν ἐν τῷ προγνωστικῷ τὴν μ' ἡμέραν κρίσιμον εἶπεν εἶναι τῶν ὀξέων, ἔπειτα ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι ταῖς πάσαις ἔλεγεν αὐτὰ κρίνεσθαι, τότε γ' ἐνεχώρει τι τοιοῦτον οἷον ἐκεῖνοι λέγουσιν ἐπινοεῖν. ἐπεὶ δὲ κἀν τῷ προγνωστικῷ ἐν τεσσαράκονθ' ἡμέρῃσιν ἔφησιν αὐτὰ κρίνεσθαι, κἀν τοῖς ἀφορισμοῖς ἐν τεσσαρεσκαίδεκα, γελοιότατόν ἐστι τῆς αὐτῆς λέξεως ἄλλοτ' ἄλλως ἀκούειν. ἀμείνους δὲ τούτων οἱ μὴ ζητοῦντες τοὺς λόγους ἀποδεῖξαι, ὁμολογοῦντες ἄλλου μὲν εἶναι τοὺς ἀφορισμοὺς ἀνδρὸς, ἄλλου δὲ τὸ προγνωστικὸν, ἀλλ' οὗτοι θαυμαστοὶ τῆς μεγαλοψυχίας. [492] ὅτι δὲ τὸ χρήσιμον εἰς τὴν τοιαύτην διδασκαλίαν ὁ Ἱπποκράτης ἐπισκοπούμενος ἀεὶ τὰ μὲν ἁπλῶς ὀξέα τὴν ιδ' ἡμέραν ὅρον ὀρθῶς ἔφησεν ἔχειν, τῶν δ' ἐκ μεταπτώσεως ὀξέων τὰ μὲν τὴν μ', τὰ δὲ τὴν ξ', αὐτάρκως ἐπιδέδεικται.

computantur, numeret, forsan enim errare deprehensi ad hoc rursus devenient, pauciores sane hi sunt ac quatuordecim. Quod autem ne legere quidem noverint qui hujusmodi effutiunt, sic maxime disces. Si igitur in prognostico quadragesimum diem decretorium esse acutorum dixisset, deinde in aphorismis quatuordecim diebus summatim eos judicari, nunc nimirum tale quippiam ac illi considerare licebat; at quum in opere prognostico quadraginta diebus judicari eos dicat et in aphorismis quatuordecim, maxime ridiculum est sententiam ejus alibi aliter inaudire. Meliores his sunt qui non sermones demonstrare conantur, concedentes alterius quidem hominis aphorismos esse, alterius prognosticon, sed hi ob animi magnitudinem sunt nobis miraculo. Quod jam utilitatem hujus doctrinae semper inspiciens Hippocrates, simpliciter quidem acutos xiv dierum terminum habere recte dixit, ex decidentia vero acutos nunc XL nunc LX diem assequi, abunde ostendimus.

Κεφ. ιγ΄. Χρὴ δὲ εἰδέναι καθόλου περὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων ὡς ὅσα ποσοῦ τινος εἰς μόρια διαιρουμένου γίνεται, ἔχει τὴν σωριτικὴν ἀπορίαν ἑπομένην. δεῖ τοιγαροῦν οὕτω τέμνειν ἐπιχειρεῖν ὡς μήτε τὰ πολὺ διαφέροντα μόρια συνάπτειν ἀλλήλοις, ὅπερ εἰς ὀλίγα τεμνομένου τοῦ παντὸς ποσοῦ γίνεται, μήθ᾽ οὕτω πολλὰ ποιεῖν ὡς τὸ τῆς διδασκαλίας χρηστὸν ὑπερεκπίπτειν. ὡς οὖν ἐνδέχεται τὰ κάλλιστα διελεῖν, οὕτω μοι φαίνεται τέμνεσθαι τὰ πρὸς Ἱπποκράτους. πρῶτον μὲν γὰρ τὰ κατόξεα μέχρι τῆς ἑβδόμης ἐνδείκνυται προϊέναι, δι᾽ ὧν, ὡς ἔφην, ἐν ἀφορισμοῖς εἶπεν ἐσχάτως χρῆναι λεπτῶς διαιτᾷν αὐτά. εἶτα μετὰ ταῦτα ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, ἄχρι τῆς ἑβδόμης τινὰς ἐν ἀσιτίᾳ φυλάττειν παντελεῖ. ἔπειτα δὲ καὶ τὴν ιδ΄ τῶν ἁπλῶς ὀξέων τέλος ἔθετο, κἄπειτα μέχρι τῆς κ΄ προὔβη. αὖθις δὲ καθ᾽ ἑκάτερον εἶδος νόσου, ἄχρι τῆς μ΄, καὶ αὖθις δὲ καθ᾽ ἑκάτερον ἕως τῆς ξ΄, εἶτ᾽ αὖθις ὅρον ἔσχατον τῶν κρινουσῶν ἡμερῶν τὴν ρ΄ τε καὶ εἰκοστὴν ἐποιήσατο, τεττάρων δηλονότι μηνῶν ὑπάρχοντα

Cap. XIII. Sciendum autem eſt communiter de omnibus ejusmodi, quod quae ex quantitatis ejusdem in particulas diviſione fiunt, ſoriticam dubitationem comitem habent. Itaque ſic dividendum eſt, ut nec particulae multum alioqui differentes ſibi mutuo conjungantur, quod dum quaevis in pauca ſecatur quantitas accidit, nec adeo multas feceris, ut doctrinae utilitas excidat. Quamobrem ſiquid optime dividi poſſit, Hippocrates praeter caeteros hoc mihi feciſſe videtur. Primum peracutos ad ſeptimum usque diem pervenire demonſtrat, in quibus, ut dixi, in aphorismis tenui admodum victu tractandos eſſe praecipit, deinde in commentario de victus ratione in morbis acutis, quosdam in abſoluta inedia ſervandos eſſe usque ad diem ſeptimum, poſtea vero xiv abſolute acutis terminum ſtatuit, poſt haec ad xx procedit, rurſus alterius ſpeciei morbum ad XL, alterius itidem ad LX, poſtremo decretoriorum dierum ſupremum finem centeſimum et vigeſimum diem conſtituit, quatuor videlicet menſium tempus, deinceps alios menſium decretoriorum nu-

